emiſit et in limbum deſcendit ⁊ illos
ſanctos patres liberauit. Ideo chri
ſti incarnatio eſt p̄mum mirabile qđ
angeli homies et demones ammirā

tur Secūdū mirabile eſt peccatoris
conuerſio. vn̄ ait Bern̄. Iſtud eſt mi
rabile qđ omnes homies mirant̄. ſcꝫ
ꝙ deus mundū d̄ nihilo creauit. ſed
illud eſt mirabilius ꝙ deus qui pec
catorem viliſſimū qui in multis pec
catis mortalibus deum offendit. re
uocat et illam vult in priſtinam graci
am recipere q̄ꝫ nouum mundū crea
re. Hoc ꝓbatur tribꝰ racionibꝰ. Pri
ma ratio eſt illa. deꝰ creauit mundū
et celū et poſuit ſolem ſtellas et lunā
ſi ſtelle caderent non eas ad priſtinū
locum collocaret. quia ſuum opus ꝑ
fectum annihilaret. et cum homo ha
bet liberum arbitrium ſciēs bonum
et malum. ⁊ tamen cadit milleſies de
ſuo ſtatu recto ad ſtatum peccatorū
et tamen deus recipit ipſum ad gra
ciam tanq̄ꝫ filium. vt patet in illa pa
rabola de perdito filio. Secunda ra
tio eſt illa ꝙ maiꝰ miraculum eſt pec
catorem recipere ad gratiā q̄ꝫ mūdū
nouū creare. deus creauit mundum
ſine omni adiutorio et reſiſtentia vt
patet in Gen̄. Sed hoiem peccatorē
ſm ſuam iuſticiam non poteſt accipe
ad gratiaꝫ ſine adiutorio peccatoris
et adiutoriū peccatoris eſt ſolum di
cere quatuor verba cum cordis con
tritione. ſcꝫ peccaui domine miſerere
mei vt patet in pſ̄. Tercia ratio ē ꝙ
deus quādo creauit celum ⁊ terram
angeli intantum non fuerunt gauiſi
ſicut de conuerſione peccatorum. vt
ipſe dominus teſtatus eſt in euange
lio Mat. Gaudium eſt angelis dei ſu
per vno peccatore penitentiā agen
te q̄ꝫ ſup nonagintanoue iuſtis qui
non indigent pnīa. et ſic patet ſcđm
āmirabile. Tercium ammirabile qđ

omnes homines ammirant᷑. eſt ſtat⁹
mundi. mutatio dextre excelſi. et ido
comparatur rote fortune in qua qua
tuoꝛ ſedent. Unde legimus ꝙ roma
ni depinxerunt mutacionem mundi
quaſi rotam in qua quatuoꝛ ſedebāt.
vnus in medio rote aſcendendo. et
iuxta illum ſcribebant. regnabo et
vnum i ſummitate rote regno. ⁊ vnū
in medio deſcendēdo. regnaui ⁊ vnū
infra rotam iacētem ſum ſine regno.
Ad propoſitum iſta rota ſignat ſta/
tum huius mundi. quia ſicut rota
voluitur. ita ſtatus mundi: Unde
videmus ꝙ nūc eſt homo diues nūc
pauper. nunc eſt letus. nunc triſtis.
nunc foꝛtis. nunc infirmus ⁊c. Et
quatuoꝛ in rota ſignificant quatuor
ſtatus huius mundi. Nam pꝛimus
dixit in rota aſcendēdo regnabo quo
ad futurum. quia qui naſcitur inten/
dit regnare in mundo. ſed ſepe multi
de rota cadunt anteꝗ̄ veniant ad re
gimen. hoc eſt ꝙ moꝛiuntur in iuuen
tute. Secundus dixit regno. et ille
ſedebat ſuperius: hoc eſt in preſenti
qui viuunt. bibunt comedunt et lu/
dunt. et hij dominantur. ſed ſepe ca/
dunt de rota impꝛouiſe ⁊ moꝛiuntur
Tercius dixit deſcendēdo de rota re
gnaui. et hij ſunt ſeptuaginta anno/
rū vel octuaginta quia in his perijt
mundus. Quartus infra rotam iacē
do dixit. ſum ſine regno. hij ſunt moꝛ
tui eiecti. Ideo hoc mirat᷑ omnis ho
mo. Ideo ait. mirabilia ſunt opera il
lius hominib⁹ abſconſa. qꝛ neſcit hō
qn̄ cadit de rota. Quartū ammirabi
le quod ammirant᷑ homines. electoꝝ
gloꝛificatio que erit in die iudicij cū
ſuos electos vocabit et gloꝛificabit.
Unde pſ. Mirabilis deus in ſanctis
ſuis Unde dominus ad gloꝛiaꝫ futu
roꝛum electoꝛū tria vult facere. Pꝛi
mo omnes angelos. omnes demões
omnes creaturas racionabiles iude
os paganos ad eoꝝ gloꝛiam in ele/
ctis dei vult contemplari vt patet ī
pſ. Aduocauit celum deſurſum .i. an
gelos et terꝛam deoꝛſum id eſt inferi
oꝛes creaturas diſcernere populum
ſuum. Secundo vult mundum totū
ad talem diem feſtū inuocare. vt ait
in Apo. Ecce noua facio omnia. Ter
cio vult oēs ſctōs ſuos de bonis opi
bus ſuis cōmendare. vt patet in euā
gelio Mathei. Eſuriui et dediſtis mi
hi manducare ⁊c. ideo venite benedi
cti ⁊c. ite maledicti et cetera.

Sermonem d' Epiphania
quere in fine.

Dn̄ica infra octauā Epi/
phanie. Sermo. vij.

In his que patris mei ſunt
opoꝛꝫ me eſſe. Lu. ij. No
ta ꝙ tria ſunt magne vtilitatis apud
quecūqꝫ hoīem. Pꝛimū eſt ꝙ hō ſcit
omīa bn̄ cuſtodire que per magnum
laboꝛem adquiſiuit: Un̄ Joſue xxij.
eſtote ſoliciti vt cuſtodiatis adquiſi/
ta que non ſeruat ea fur tantum cu/
piet ex eis. Secundum eſt perdita
diligenter adquirenda Luce. xi. Mu
lier ſi perdiderit dragmam vnam nō
ne accendit lucernā et querit ⁊c. Ter
cium de repertis perditis acquiſitis
conſolatio recipienda. quia naturale
eſt ꝙ ſi homo aliꝗ̄ rem perdiderit et
inuenerit gaudet. vt patet de filio
perdito et de oue centeſima. Luce/

ↄgratulamini mihi omnes quia inuẽ
ni dragmã quã ꝑdideram. de his tri
bus legit euangeliũ de ieſu. Cum
eſſet ieſus annoꝝ. xij. aſcendentibus
ioſeph ⁊ maria de nazareth propter
feſtum in templũ in hieruſalem puer
ibat cũ illis Cõſumatis diebus ſeptẽ
ſm ↄſuetudinem diei feſti cum redi/
rent remanſit puer in hieruſalẽ ⁊ nõ
cognouerũt maria et ioſeph eſtiman
tes illũm eſſe i comitatu qꝛ mulieres
ibant in vna turba viri in alia turba
⁊ ſic ioſeph putabat pueꝝ eſſe in co/
mitatu malieꝝ. ⁊ maria putabat ipm
eſſe in comitatu viroꝝ cum ioſeph et
ſic remanſit volũtarie in hieruſalem
venerũt iter diei .i: in vnã dietam et
requirebant eũ inter cognatos et no
tos et non inuenientes regreſſi ſunt i
hieruſalem requirentes eũ. Et factũ
eſt poſt triduũ inuenerũt eum in tem
plo ſedentem in medio doctoꝝ audiẽ
tem illos et interrogãtem de quo om
nes mirabant et ſtupebãt ſuper pru
dentia et reſponſis eius. Et omnes
videntes ꝙ puer. xij. annorum tanta
ſubtilia loquebat que nunꝗ didicit
ammirati ſunt. vnde talem ſapientiã
haberet. dixit aũt mater eius ad pue
rum cum eum inuenit ibi Fili quid fe
ciſti nobis ſic pater tuꝰ putatiuus io/
ſeph ⁊ ego dolentes querebamus te.
Et ait ad illos: Quid eſt ꝙ me quere
batis. neſciebatis enim quia in his q̃
patris mei ſunt oportet me eſſe. et ipi
hoc verbũ nõ intellexerũt qd locutꝰ
eſt ad illos quia loquebatur de redẽ
ptione humani generis. Et deſcen/
dit cum eis de ciuitate hieruſalem q̃
fuit in monte et venit i nazareth que
fuit in valle et erat ſubditus illis vt
omnibus pueris exemplum dar et o
bedientie. Et mater eius maria con/
ſeruabat omnia verba hec conferẽs
in corde ſuo velut in libro ſicut Lu/
cas ſcripſit ſuum euangelium de ore
et corde virginis. et puer ieſus profi
ciebat ſapientia et etate apud deum
⁊ homines ſm ꝙ fuit deus et homo.
Quis fuit ita ſapiẽs quãdo naſcebat
ſicut quãdo moriebat. tamen loquit
euãgeliũ ſm hũanitatem ⁊ puericiã.
⁊ ſic patꝫ euãgeliũ quo ad thema In
his q̃ patris mei ſunt oportet me eſſe
q̃tuor ſunt i qbꝰ oportebat xpm eſſe
ꝑmo fuit i his q̃i legatꝰ expeditiſſimꝰ
ſcdo fuit in his q̃i doctor ſapiẽtiſſimꝰ
Tercio fuit i his quaſi propugnator
fortiſſimus. Quarto fuit in his quaſi
ductor ſubtiliſſimus. Primo dico ꝙ
xpm oportebat eſſe in his que ad re/
demptionem humani generis erant
propter quod fuit miſſus a patre tan
ꝗ legatus expeditiſſimꝰ. Ubi vide/
mus ꝙ iſti magni reges. impatores
et papa in arduis negocijs mittẽtes
ſuos legatos dant eis plenam pote/
ſtatem pro pace reformanda. ſic deꝰ
pater miſit ieſum chriſtũ cum pleni/
tudine ſue poteſtatis. Unde ait qui/
dam Auditum audiuimus a domio
et legatum ad gentes miſit. videmꝰ
inꝗ quãdo papa mittit vnum d̓ ſuis
cardinalibus vltra mare in legatio/
nem. ille portat iſignia papalia ⁊ ille
habet auctoritatem abſoluendi. excõ
municatos vndicũꝗ veniant ad eũ
et habet poteſtatem conferendi be/
neficia. Ita chriſtꝰ a patre eſt miſſus
qui eſt pater patrum a quo omnis
paternitas ſiue in celo ſiue i terra no
minatur ſm Apoſtolum ad Ephes.

Iſte igitur legatus chriſtus portauit
milia inſignia per mare huius ſeculi
miſſus. Nam habuit poteſtatem de-
mones fugare. nam demones dixe
runt. Tu es filius dei viui. vnde dix
it diſcipulis ſuis in euãgelio iohãnis.
Non creditis ꝙ ego a patre ſum miſ
ſus. pater et ego vnum ſumus: credi
te operibus de hac miſſione tanq̃ȝ le
gatus. ait iohannes in Apocalipſi fi/
guram. Ecce ego iohannes vidi alte
rum angelum aſcendẽtem ab ortu ſo
lis habentem ſignum dei viui. et cla
mauit voce magna quatuor angelis
quibus datum eſt nocere terre et ma
ri dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari
neq̃ȝ arboribus quouſq̃ȝ ſignemꝰ ſer
uos dei noſtri in frontibus eorum. ita
moraliter iſte angelus alter erat chri
ſtus. quia iohãnes baptiſta ꝑmus. vt
ſaluator cõmendat ipm in euangelio
Luce. Hic eſt enim de quo ſcriptum
eſt: Ecce ego mitto angelum meum.
quia ſicut angelus a deo in terrã mit
titur. ita angelus primus iohannes
fuit miſſus. ſed alter angelus eſt chri
ſtus. qui habet ſignum dei viui ſcili
cet patris vt poſſit de omibus impe
rare. Jdo clamauit ad illos q̃tuor an
gelos. Nolite nocere terre et mari id
eſt penitentibus qui per mare ſignifi
cantur. et terre. i. peccatoribus frigi
dis velut terra quoadusq̃ȝ ſignemus
ſeruos dei noſtri qui credunt in deũ
in frontibus eorum. ⁊ hoc ſignum in
primitur nobis in baptiſmo. Iſte er
go legatus habet poteſtatem excom
municatos abſoluere id eſt peccato
res penitentes vt ait lucas. Ut autẽ
ſciatis quia filius hominis habet po
teſtatem dimittẽdi peccata. ex parte
patris dico tibi. Surge tolle lectum
tuũ. iſte legatus habuit poteſtatẽ pa
cem reformare inter deum et hoiem.
ideo ait Aplus ad epheſios. Ipſe eſt
pax noſtra. ideo bene poteſt dicere in
his que patris mei ſunt oportet me
eſſe. Scdo fuit in his q̃ſi doctor ſapi-
entiſſimꝰ. vl' magiſter ad hoiem infor
mandũ. Unde ipe ait. vos vocatis
me magiſter et domine ⁊ bene dicitis
ſum etenim. vnd' iudei pro magiſtro
cognoſcentes dixerunt illud Math.
Magiſter ſcimus quia verax es. ver
ba dei in veritate doces. De iſto ma
giſtro legimus figuram in apocalipſi
vbi legimꝰ ꝙ iohãnes vidit thronũ.
et in throno ſedens habuit librum in
dextera ſignatum ſigillis ſeptem ⁊ da
tus eſt liber clericis qui legere neſcie
bant. Ita ſpiritualiter. Sedens in
throno eſt doctor ſapientiſſimus. vn
de Grego. Sedens ille pertinet ad
dignitatem magiſtri habens librum
in manu ſignum ſue ſapiencie docẽs
nos opera miſericordie. ideo ſeptem
ſigillis fuit liber ſignatus. Qui ergo
hoſpitat peregrinum propter deum
ſoluit primum ſigillum. qui cibat eſu
rientem ſoluit ſecundũ. qui potat ſici
entem tercium. qui veſtit nudũ quar
tum. qui viſitat infirmum quintum.
Qui ſepelit mortuum ſextum: qui li
berat captiuum ſeptimum. Ideo idẽ
magiſter dicit. quod vni ex minimis
meis feciſtis mihi feciſtis. venite be
nedicti patris mei ꝑcipite regnum.
Sed heu pauci ſunt. ideo librum iſtũ
layci et clerici legere neſciunt. Ergo
magiſter ſapientiſſimus ait. in his
que patris mei ſunt oportet me eſſe.
Tercio dico ꝙ chriſtus fuit in his.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quaſi ꝓpugnatoꝛ ſtrenuiſſimus ad li-
berandum aiam humanam a poteſta
te dyaboli. Huiꝰ legimꝰ figuram vł
picturam in geſtis grecoꝛum ꝙ erat
magnꝰ imperatoꝛ qui habuit filiam
pulcerrimam quam tenerrime dilex
it. Venit quidam pugil foꝛtiſſimus
pꝛo ea ad campum cum raptoꝛe qui
eam prius rapuit et ip̄m ſuperauit ⁊
virginem patri reſtituit. tunc recōci
liata patri. varia dona accepit. pater
dedit ei tunicam pulcram vndiqꝫ cō
textam aureis literis ſcilicet. Dimiſi
tibi ne adycias vltra peccare. a ma/
tre accepit coꝛonam habentem ſcri/
ptum. Ex me eſt tua dignitas quia ꝓ
te rogaui. A pugnatoꝛe anulum ſcri
ptum vel inſculptum. Dilexi te ideo
diſce diligere me. et nihil aliud deſide
ro a te. Ita ſpiritualiter. Iſte rex vel
dominus eſt deus pater. qui eſt rex
regum ⁊ dominus dn̄antium. Sicut
ait beatꝰ iohānes in apocalipſi. Iſte
rex habuit pulcram filiam ſcilicꝫ aiaꝫ
humanā. ſed rapuit eam raptoꝛ peſſi
mus. i. dyabolus quādo eam ad pec
catum duxit. ⁊ ad limbum īcluſit. ſed
venit ꝓpugnatoꝛ ſtrenuiſſimus id eſt
chriſtus vt ip̄e eā liberaret. Vn̄ yſa.
Ego pꝛopugnatoꝛ ſum ad ſaluandū.
Iſte cum dyabolo raptoꝛe campum
huius mundi intrauit: vbi eum per
moꝛtem et crucem quaſi ꝑ haſtam ſu
perauit. et eam patri celeſti reconcili
auit. tunc pater dedit ei tunicam id ē
veſtem innocentie quam amiſit in ꝗ
ſcripſit. dimiſi tibi. ideo vade et noli
amplius peccare. Mater dedit ei co
ronam gloꝛie. et hec eſt mater miſeri
coꝛdie. pꝛopugnatoꝛ anulum fidei de
dit in quo erat ſcriptum. dilexi te idō
diligas me. Unde iohannes in apo
calipſi. Qui dilexit nos, et lauit nos
a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Idō bene poterat dicere quo ad the
ma. In hys ꝗ patris mei ſunt opor
tet me eſſe quaſi pꝛopugnatoꝛ ad ſal
uandum. ⁊ ſic patet tertium. Quar
to opoꝛtebat xp̄m eſſe in hys que pa
tris ſunt. ſicut doctoꝛ fideliſſimus. vi
am nobis oſtendēdo et pꝛofugos re
uocando Unde videmus quādo mi
lites pugnant: et populus diſpergit
leuant vexillū regis pꝛo quo pugna
uerunt. vt diſperſi videant et affluāt
et viam ciuitatis inueniant. ita fecit
chriſtus quem pater miſit vt diſper
ſos congregaret. Huius legimus fi/
guram in libꝛo ioſue ꝙ deberet duce
re filios iſrael per viam rectam et ad
terram ꝓmiſſionis. venitqꝫ rex hay ꝗ
fuit rex gentilis vt pugnaret contra
ioſue et filios iſrael. poſuitqꝫ inſidias
et fugerunt filij iſrael. et diſperſi ſunt
Tunc ioſue aſcendit in montem et
eleuauit clipeum aureum. qđ ſignum
videbant filij iſrael. et omnes confu/
gerunt ad ſignum et duxit eos ioſue
ad terram pꝛomiſſionis. Ita moꝛali
ter homines erant ante aduentum
chriſti in hoc mundo ſine ductoꝛe vi
am eterne vite non inuenientes. ſed
pater miſit filium chriſtum velut du/
ctoꝛem. ſed venit hay rex paganoꝝ
id eſt dyabolus vt pugnet contra
homines et diſperſit eos in omni ter
ra. ſed ioſue id eſt chriſtꝰ erexit ſignū
ſancte crucis in monte oliueti ad
quam aſcendit vbi coꝛpus eius re/
ſplenduit velut clipeus aureus. et
ſic diſperſi congregati ſunt in vnum
ergo ipſe eſt noſter ductoꝛ. quod

patet in themate. in his que pr̄is mei
ſunt oportet me eſſe qui me miſit tan-
q̄ȝ legatum expeditiſſimum tanq̄ȝ du
ctorem ſapientiſſimum. tanq̄ȝ p̄pu/
gnatorem ſtrenuiſſimum. et tanq̄ȝ du
ctorem fideliſſimum.

## Dominica ſecunda Sermo octauus.

Nuptie facte ſunt in chana
galilee. Joh. ij. Nulla vir
tus eſt homi ita neceſſaria ſicut fides
nam ſine fide impoſſibile eſt placere
deo. vn̄ ait ap̄lus iacobus eſt vera fi
des de chriſto habens tres articulos
Primus vt ip̄m verum deū et homi
nem de virgine maria natū ex anima
rationali et humana carne ſubſiſten-
tem credamus ap̄lus chriſtū factum
ſub lege natū de virgine. Sc̄d's arti-
culus credere x̄p̄m ver̄ deū eſſe a pa
tre genitū. ſicut lumen de lumine. vn̄
ait ap̄ls Petrus. Tu es x̄p̄s fili⁹ dei
viui. Tercius articulus. vt credam⁹
chriſtū humani generis redemptorē
Unde ps̄. Miſit dominus redempti
onem populo ſuo. Et quia apoſtoli i
primo ſue conuerſionis dubitabant.
ideo chriſtus voluit hec tria in euan
gelio oſtendere quia mutare aquam
in vinum i ictu oculi fuit diuinitatis
ſue operati o. Comedere in nuptijs
humanitatis oſtenſio. redemptio hu
mani generis fuit diſcipulor̄ vocatō
vt3 in euangelio Nuptie facte ſunt
in chana galilee. Chana fuit magna
villa in regione galilee et erat mater
ieſu ibi. Quia aliqui dicunt q̄ iohan
nes euangeliſta fuit ſponſus. ſed x̄p̄s
vocauit ip̄m d' nupcijs. quia homini
meli⁹ eſt relinquere mūdana q̄ȝ eter
na hominem q̄ȝ deum. et iohānes fu
it auunculus chriſti filius ſororis ma
rie virginis. vocatus eſt ieſus cum
diſcipulis ſuis ad nupcias et voluit
illuc ire propter miraculum et confir
mationem miraculi. Et deficiente vi
no forte ex ordinatione diuina dicit
maria ad ieſum. vinum non habent
et dicit ei ieſus. Quid mihi et tibi mu
lier id eſt quid habeo d' te vt poſſum
aquam in vinum mutare. certe nil.
quia hoc ſpectat ad diuinam naturā
non dum venit hora mea. i. non dū
venit hora paſſionis mee vt oſtendā
illam naturam humanā qua habeo
mori pro populo. dicit mater eius
miniſtris. quodcunq̄ȝ dixerit vobis
facite. quia ſciuit q̄ chriſt⁹ non nega
ret peticionem matri. Erant autē ibi
ſex ydrie poſite ſm̄ ↄſuetudinem pu-
rificationis iudeorum quia iudei ſole
bant ſemper in conuiuijs ydrias ſex
plenas aqua habere ad lotionem et
ad alia neceſſaria. ſed iſtis ſex ydrijs
non fuit aqua propter negligentiam
ſeruientium. Et iſte ydrie capiebant
ſingule metretas binas vel ternas
metrete fuerunt menſure. vt vrna vl'
amphora. dixit ieſus miniſtris. Im-
plete ydrias aqua. et impleuerūt vſ-
q̄ȝ ad ſummum. quod omnes vide/
bant. Et dixit eis ieſus Haurite nūc
et afferte architriclinio id eſt ſeruitori
cui cōmiſſum fuit reſpicere tres men
ſas Ut autem guſtauit architriclini
us aquam vinum factum et non ſcie
bat vnde eſſet. ſed miniſtri ſciebant
qui hauſerunt aquam. vocauit ſpon
ſum dicens. ſeruaſti vinum bonum
vſq̄ȝ huc: Omnis homo primo dat

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vinum bonum et cum homines ine/
briati ſunt tūc dat id quod deterius
eſt. Hoc fecit initium ſignorum ieſus
in illa magna villa quaſi ciuitas ſcili/
cet chana. et ſic manifeſtauit gloriam
deitatis ſue et credebant in eum diſci
puli eius. et ſic patet euangelium in
generali in ſpeciali ad noſtraꝫ doctri
nam eſt ſciendum ꝙ quadruplex eſt
vinum Primū eſt naturale. Scd̄m
ſpirituale. Tertium infernale. Quar
tum eternale. Primum eſt vinū na/
turale quod deꝰ dedit homini ad ho
minis vtilitatem et ad dei honorem
et laudem. Sed multi ſunt qui vtun
tur hoc vino ſuperflue et inde inebri
antur vnde multa cōmittunt. Unde
legimꝰ figuram in geneſi ꝙ noe poſt
diluuium inuenit vitem que habuit
quatuor propagines et diuiſit in
quatuor partes et plantauit in qua/
tuor vites. et hoc dicit ioſephus in
ſcolaſtica hiſtoria et fudit noe ſangui
nem leonis iuxta vinum ſeu vnam
vitem. iuxta ſcd̄am ſanguinem ouis.
iuxta tercium ſanguinem porcorum
iuxta quartam ſanguinem ſimee. Bi/
bit vinum poſtq̄ꝫ maturū fuit et ine/
briatus eſt ⁊ dormiuit. ⁊ cham qui fu
it filius eius irriſit patrem ſuum pro
pter quod ait pater cham filius meꝰ
erit ſeruꝰ fratrum ſuorum. Et alij fra
tres ſcilicet Sem et Japhet erūt do
mini ſui. Poſtq̄ꝫ fuit ieiunꝰ vocauit
filios ſuos iuxta vites et dixit eis. ec
ce iuxta p̄mam vitem fudi ſanguineꝫ
leonis vt qui biberit vinum vſq̄ꝫ ad
ebrietatem erit velut leo opprimens
deſtruens et percutiens: ideo modi
ce bibatis. Qui inebriatus fuerit iux
ta quam fudi ſanguinē ouis dormit

manſueſcit vel vult orare vel confite
ri: quod tamen non ſcit cum deuotio
one ſed cū ebrietate. ideo modice vti
mini. qui vero biberit de vite iuxta
quam fudi ſanguinem porci vult lux
uriari et ſe velut porcus maculare.
ideo modice vtimini. Qui enim ine
briatus fuerit de vino iuxta quod ef
fudit ſanguinem ſimee facit ſic ſimea
quia quicquid viderit ſimea hoc etiā
vult facere. Unde dicunt ꝙ natura
ſimearum eſt. qui vult capere ſimeaꝫ
ſiluestrem accipit bitumē molle ⁊ va
dit infra arborem vbi ſimea ſedet et
tangit manū in bitumine et facit qua
ſi ſe lauaret in facie et recedit et cum
deſcendit ſimea et vult ſe etiam laua
re cum bitumine. bitumen eius ocu
los claudit et ſic arborem aſcendere
non poteſt et ſic capitur Ita multi cū
inebriati ſunt a vino faciunt ſicut ſi/
mea ſi viderint aliquem clamare cla
mant: ſi viderint ludere aliquem lu
dunt. ⁊ ſi vderint aliquēcurrere cur
runt ad peccatum et ſic cum bitumie
peccatorū claudunt oculos ſcilicꝫ aie
ſue ne valeāt ad arborem ſancte cru
cis in mente cogitando de xp̄o. ⁊ ido
capiūtur a venatore. i. dyabolo Jdo
ait boecius. vinum modice ſumptum
acuit ingenium. Jtem catho vino te
tempora quia vinum valet ad mede
lam corporum et laudem deo. quia d̄
vino ꝯſecratur ſanguis xp̄i ſic ꝑ no
bis effudit in cruce. ⁊ ſic patet p̄mum
Scd̄m eſt ſp̄uale vinum. d̄ iſto vino
d̄r in pſ̄. potaſti nos vino ꝯpunctio
nis id eſt ꝯtritionis ꝑ peccatis. iſtud
vinum letificet hominem quo ad ani
mam. vnde pſ̄. Uinum letificat cor
hominis. Jſtud vinum eterne deuo

tionis ſanat vulnera mentis et anie
vt patet luce. Quidam vulneratus
iacuit iuxta viam a latronibus ſpolia
tus. ſed venit ſamaritanꝰ et infudit
vinum et ſanauit eum. Iſte vulnera
tus eſt peccatoꝛ qui iacet extra viam
iuſticie. et venit ſamaritanus. i. xp̄us
vel ſacerdos infudit vulneribus ſuis
vinum deuotionis et contritionis et
ſanatur in anima. Iſtud vinum mu-
tat ſentētiam regis. vnde. quādo pec
catoꝛ eſt iudicatꝰ ad moꝛtem eternā
ꝓpter peccata ſua et offert illud vinū
deo. deus mutat ſentētiam in miſeri-
coꝛdiā. Vn̄ legimus figurā in geneſi
vbi ſcriptū eſt ꝙ pincerna regis pha
raonis fuerat incarceratꝰ ⁊ debebat
moꝛi. ⁊ dum ſedebat in carcere vide
bat per ſomniū ꝙ creuit circa ipſum
ad pedes ſuos vitis habens tres ra-
mos ſiue ꝓpagines. ⁊ in quolibet ra-
mo vuas. et accepit vuas et expꝛeſ-
ſit inde vinum in calicem et dedit re-
gi. et rex accepit calicem d' manu eiꝰ
et bibit. et reſtituit ip̄m in pꝛiſtinum
ſtatum ſeu gradum. Ita ſpiritualiter
peccatoꝛ exiſtens in peccatis moꝛta-
libus eſt in carcere regis pharaonis
egipti id eſt dyaboli Vnd' ps̄. Funes
peccatoꝝ circūplexi ſunt me. Vitis qui
creſcit ad pedes eius eſt penitētia cre
ſcens in affectu coꝛdis. habēs tres ra
mos. ſcilicꝫ ꝯtritionem ꝯfeſſionem et
ſatiſfactionē. Iſti tres hn̄t tres vuas
ſcꝫ orōnem. ieiunium et elemoſinam.
quas ſi peccatoꝛ expꝛimit in calicem
coꝛdis et obtulit regi. certe gratāter
accipit de manu peccatoꝛis. et reſti-
tuit eum in pꝛiſtinum gradum gratie
et miſericoꝛdie. ⁊ ſic liberabit pecca-
toꝛ. ⁊ ſententia eterne moꝛtis mutat

Terciū vinū ē infernale quod ꝓpina
tur damnatis. d' iſto vino ait moyſes
in ps̄ Vua eoꝛum vua fellis et botrꝰ
amariſſimus. Item fel draconum vi
num eoꝛum ⁊ venenum aſpidis inſa
nabile. Huius figuram legimus apo
calipſis. vbi ait iohannes. Vidi mu-
lierem ſedentem ſuper beſtiam habē-
tem veſtem coccineā et beſtia habuit
ſeptem capita. coccineaꝫ ſyden cleyt
habentem plenam nominibus blaſphe
mie et habuit decē coꝛnua. et veſtes
rubeas deauratas et lapidibus pꝛeci
oſis oꝛnatas: habēs poculum vel ci-
phum in manu ſua plenum vino foꝛ-
nicationis et immundicie. et ꝓpina
uit mundo et qui bibit de cipho eius
bibit venenum eterne moꝛtis. Ita
ſpiritualiter per iſtam beſtiam accipi
tur dyabolus qui eſt beſtia crudelis
homines libenter occidit ſi poſſit: ha
bet ſeptem capita que ſunt ſeptē pec
cata moꝛtalia Hec mulier eſt munda
na delectatō hn̄s poculū in manu in
cipho aureo. vinū delectationis car
nalis equitat ꝑ omnes plateas mūdi
et ꝑ plateas clericoꝝ et laycoꝛum. et
qui bibit de vino foꝛnicationis eius
bibit venenum anime de quo eterna
liter moꝛietur. iohelis. i. expergiſcimī
ebꝛij et vlulate omnes qui bibitis vi
num in dulcedine. Nā erit pocio eiꝰ
amara bibentibus illud. Ideo ſapi-
ens ꝑmonet dicens. non aſpicias vi
num ſplendens in vitro quia blande
ingreditur ſed nouiſſima illius moꝛ
debunt vt coluber. et ſic patet terciū
Quartū eſt vinū eternale in cellario
regis altiſſimi. de quo vino ait aīa in
Can. Introduxit me rex ī cellarium
vinariū oꝛdinauit me in caritatē ⁊ de

iſto vino ꝓpinabitur apoſtolis in die
penthecoſtes quādo petrus qui añ
timuit ad vocem vni⁹ mulieris xp̄m
negans poſtq̄ȝ bibit de iſto vino to
tum mundum non curauit. ſed iudei
ip̄os apoſtolos audientes tam mira
biliter loqui dixerunt actu. hij ebrij
ſunt muſto pleni Petrus ait quomo
do ebrij ſumus cum ſit hora tertia.
ebrij fuerunt ſed non naturali vino.
qꝛ de vino eternali biberūt qd̓ propi
natur electis in copia. de quo legim⁹
in libro heſter. Rex aſſuerus voca
uit omnes potentes ⁊ nobiles ſuper
xxvij. prouincias et reginam vel pul
cram puellam videlicet heſter ſibi co
pulauit et fecit magnum conuiuiū in
orto in quo erat domus mirabilis ſu
perius tanq̄ȝ celum cum pannis co
loris celici ordinata et lapides preci
oſi velut ſigna celi intexta. et in orto
vites et vuas de argento atq̄ȝ auro
et lapidum manuū artificiorū facte ⁊
lecti aurei et argentei et ibi dabatur
vinum in copia pro ut ſcilicet vnuſ/
quiſq̄ȝ bibere voluit de vaſis aureis
Ita ſpiritualiter ieſus chriſtus dn̄s
noſter ſignificatur per aſſuerum et p
puellam. heſter nominat̓ anima quā
do ergo vult animam deuotam per
eternam copulam velut reginam ce
li aſſuero dyademate coronare facit
conuiuiū ſuis principibus id eſt apo
ſtolis q̄ ſunt principes celi vt ait pſal
miſta Principes id eſt apoſtoli ꝯgre
gati ſunt cū deo abraam ibi ſunt lecti
aurei id eſt domus bene ordinate. vt
ait Baruch. O iſrael q̄ȝ ingens do
mus tua. ibi datur vinū diuinitatis
in copia delectabilis in ſpeculo. vnd̓
ait. Omnes amici mei bibite vinum
in leticia. ad quod ꝯuiuium ⁊c.

Dominica Tercia.
Sermo nonus.

Cum deſcendiſſet ieſus de
monte ſecute ſunt eum tur
be multe Marci. viij. No
ta q̄ tres male radices ſunt de quib⁹
enim omnia alia peccata veniunt ⁊c.
Primum eſt peccatum per ignoran
tiam in patrem ſicut multi dicunt do
mine ego neſciui q̄ fuit peccatum ꝫ
talis ignorantia non excuſat. quia ec
cleſia eſt plena doctrinis vade audi
verbum dei et ibi docetur quid te
oportet facere. et ibi cognoſcant hāc
vitam dicētes iſtud. Sapientie. v.
Errauimus a via veritatis et iuſticie
. lumen vere cognitionis non luxit
nobis. Secunda radix eſt peccare
in filium per infirmitatem mētis. q̄a
multi ſunt qui ſunt valde proni quā
do temptatio venit ſtatim cōſentiūt
et in nullo reſiſtunt. de quib⁹ ait apo
ſtolus. Multi ſunt inter vos infirmi
nolētes reſiſtere peccato. Tercia ma
la radix eſt peccare in ſpiritū ſanctum
vt qui bene ſciunt bonum et malum
bene dimittere poſſunt ⁊ ex certa ma
licia peccant et indurantur vt iudas
et chayn. et de his legitur in euange
lio ſub ſpecie trium hominū d̓ quib⁹
tenet euangeliū. ſcilicet lepra quaſi in
patrem. paralitici quaſi in filium per
fidie et infidelitatis iudeorum in ſpi
ritum ſanctum. vnde notate euange
lium. Cum deſcendiſſet ieſus de
monte iuxta mare galilee vbi docuit
ꝑplm audiuit quidam leproſus ieſum
eſſe in monte voluit ad ipſum ire ſed

dominus obuiauit ei et turbe ſecuti
ſunt eum. Et ecce leproſus veniens
adorauit eum dicens: domine ſi vis
potes me mundare. Et cõfeſtim mũ
data eſt lepra eius Et ait illi ieſus. va
de nemeni dixeris vt nobis daret ex
emplum. quia omnia opera noſtra
bona debemus occultare inquantũ
poſſumꝰ. Ideo ⁊ oſtende te ſacerdo
ti. ⁊ offer munus tuum qd̓ precepit
moyſes illis in teſtimonium: Quare
eũ ad ſacerdotem ire precepit ꝓpter
noſtrã doctrinã: vt qui leproſus eſt i
aĩa oſtendat ſe ſacerdoti in penitẽtia
Et ieſus ibat vlterius. ⁊ cũ introiſſet
capharnaum ciuitatē acceſſit ad eũ
centurio rogans eum et dicens. Do
mine puer meus iacet in domo para
liticus et male torquetur. Et ait illi ie
ſus. ego etiam veniam ⁊ curabo eum
Et reſpondens centurio ait. Domie
non ſum dignꝰ ut intres ſub tectum
meum ſed tm̃ dic verbum et ſanabit̃
puer meus. Nam et ego homo ſum
ſub poteſtate imperantis cõſtitutus
hñs ſub me milites. ⁊ dico huic. vade
et vadit. et alio veni ⁊ venit. Et dico
ſeruo meo. fac hoc et facit. Audiens
autem ieſus fidem illius ammiratus
eſt. et ſequentibꝰ videlicet apoſtolis
et alijs dixit. Amen dico vobis. non
inueni tantam fidem in iſrael. ſicut in
iſto homine Dico autẽ vobis ꝙ mul
ti venient ab oriente et occidẽte ⁊ re
cumbent cum abraam yſaac et iacob
in regno celorũ: Filij aũt regni iudei
eijcientur in tenebras exteriores ibi
erit fletus ⁊ ſtridor dentium Et dixit
ieſus cẽturioni. vade filꝰ tuꝰ viuit. et
ſicut credidiſti fiat tibi. et ſanatus eſt
puer in illa hora. ecce euangelium



Quo ad thema. Cum deſcendiſſet
ieſus de monte. Nota ꝙ quatuor
ſunt montes. ſcilicet mons penitenti
um. mons proficientium. mons ſpe
culantium. mons regnantium. Pri
mus mons penitentum. videlicet q̃
incipiunt penitere et benefacere iſtũ
montem penitencie aſcendere debet
peccator ad plangẽdum ſua peccata
Unde Iohel ꝓpheta. vlulate in mõ
te ſancto meo dicit dominꝰ. debet eti
am peccator montem aſcendere pe
nitentie. vt aiam ſuam emundet ⁊ re
formet quã ꝑ peccata anhilauit. vñ
dr̃ Aggei. Aſcendite in montẽ et por
tate ligna et edificate domũ et accep
tabilis mihi erit et gloriabor i vobis
ait dominus. Iſta verba dixit ad do
minus ad iudeos quando redierunt
de captiuitate babilonum. Ita domi
nus vult ad nos dicere quando redi
mus ꝑ pñiaꝫ. de captiuitate dyaboli
a ſtatu peccatoꝝ noſtroꝝ. Iſti debẽt
aſcendere montem pñie et portare li
gna bonoꝝ operum. vt de eis fiat do
mus anime. tunc dicit dñs. in ea glo
riabor. Iſte mons ſignificat̃ vel figu
ratur per montem in quo fuit ſaluatꝰ
loth. Unde legimus in Geñ. ꝙ dñs
dixit ad abraam: Ecce ego ſubuertã
quinqꝫ ciuitates ꝓpter peccata eorũ
quia peccata eorum clamant ad me.
Reſpondit abraam. domine ſi ſint in
illis centum homines boni nunquid
propter illos centum parces illis. re
ſpondit dominus Non ſunt ibi. Ait
abraam ſecundo. Domine ſi ſint ibi
quinq̃ginta parces illis ꝓpter quinq̃
ginta. Rñdit ſi eſſent vellem parcere
ſꝫ nõ ſunt Dixit ergo. ſi ſunt ibi decẽ
vis eis ꝑcere reſpondit dñs. ſi eſſent

ibi parcerem illis ſed non ſunt. dixit quarto. Domine ſi ſunt ibi quinqꝫ par ces illis. reſpondit dominꝰ. nō ſunt niſi quatuor ⁊ ſic non audebat vlteri us petere. Tunc miſit dominus du os angelos qui eduxerūt loth cū vx ore ⁊ duabus filiabus ⁊ tunc pluit ſu per illos ſulphur ⁊ ignis ⁊ angeli du xerunt loth in montem ⁊ ibi ſaluatꝰ eſt. ita eſt moraliter. Peccator enim exiſtēs in peccatis mortalibus habi tat in zodoma et gomorra. ſed dicit dominus ad angelos: Ecce deſcendi te. deſtruite per amaritudinē mortis peccatorē viliſſimū. ſed angeli id eſt ſacerdotes orant et virgo maria ⁊ a braam. O domine parce malis pro pter bonos et iuſtos vt eoꝝ meritis peccatores foueantur ad tempꝰ peni tentie. Et qn̄ tunc peccator agit peni tentiā mittit dn̄s ſibi duos angelos videlicꝫ p̄dicatorē ⁊ grām diuinā. ⁊ ibi educunt eū imediate in montē bo ne oꝑationis ⁊ pnie. ⁊ ibi ſaluatur cū totus mundus ſtat in timore. ⁊ cū di es mortis venit quando miſer pecca tor ducit ad ſulphurem ⁊ ad ignem: Tunc vere penitens ſecure ſtat i mō te penitentie. vn̄ ps̄. Montes excelſi ceruis petra refugium erinacijs Su per quo ait caſſiodorꝰ ſuꝑ pſalmiſtā Qn̄ ceruus perſequit a venatoribꝰ fugit ad montem. Ita penitens quā do pſequitur a dyabolo. ad montem penitentie. et erinacius fugit ad lapi dem. vbi habet ſuum nidū. ita peni tens qui eſt velut erinacius cū flagel lis ⁊ ſpinis fugiat cū temptationibꝰ ad lapidem id eſt xp̄m. Scd̄us mōs ꝓficientium eſt qui proficitur de die in diem et ibunt de virtute in vir tutem. iſti debent fugere ad montem ſancte doctrine. vnde ps̄ Tange mō tes et fumigabūt. Unde ſancti docto res qui docēt ꝓplm̄ verbo dei tangū tur manu diuina. i. gratia diuina. Et tunc fumigabunt montes qn̄ verbū dei predicant. et ſicut poſt fumigatio nem mōtium venit imber. et poſt im brem fructus. ita poſt verbum dei ir rigatur cor hominis et ſequitur fru ctus bone operationis. de quibꝰ fru ctibus dicit aplus. Fructus aūt ſpiri tus eſt caritas: manſuetudo. benigni tas. pax pacientia. Iſte mons figura tur per mōtem ſinay. de quo legimꝰ. Exodi. Quando filij iſrael exierunt egiptum ad terram promiſſionis. ve nerunt ad montē ſinay ⁊ apparuit do minus moyſi dicens Aſcende ad me in montem dabo tibi duas tabulas lapideas: in prima erant tria precep ta. videlicet vnū crede deū. nec iura vana ꝑ ipm̄. ſabbata ſanctifices. In alia erant ſeptem precepta. videlicet habeas in honore parētes. nō ſis oc ciſor. fur. mechus. teſtis iniquus alte rius nuptam. nec rem cupias alienā Qui accepit a domino decem prece pta et docuit filios iſrael id eſt fideles Ita moraliter per moyſen nota p̄di catorē qui debet aſcendere ad montē ſacre ſcripture. et ibi dabit dominus ſibi decem p̄cepta qui debet docere filios iſrael id eſt fideles Ut igit ꝓfici ant et illa faciant et obſeruent: quia ſine illis non poteſt in terram ꝓmiſſi onis eterne intrare Mat. Si vis vi tam ingredi ſerua mandata dei. Itē iohes. Qui habet mādata mea ⁊ ſer uat ea ille eſt q̄ diligit me ⁊c. Mons ꝓ ficientium mons doctrine et illum

aſcende. Tercius mons eſt ſpeculan
tium id eſt perfectorũ. de quo quarti
Reg. iiij. Helyas aſcendit in monteꝫ
carmeli et mãſit ibi. Et hoc ꝓpter tria
vt peccatũ vitaret vt feruẽcius ora/
ret et vt ſecuritatem haberet. Ita ꝑ
fectus homo debet aſcendere vt he/
lyas in montem ſpeculationis vel cõ
templationis: vt peccata vitet. Naꝫ
homo manens in cogitationibꝰ mun
danis et occupationibus non poteſt
celeſtia cõtemplari. Item debet aſcẽ
dere ad montem cõtemplationis vt
valeat feruencius orare: Unde cum
dominꝰ voluit orare aſcendit in mõ
tem. Item debet homo aſcẽdere mõ
tem contemplationis vt valeat ſecu
rius habitare. Unde videmus ꝙ ca/
ſtra forciora ſunt in montibus ꝗꝫ in
vallibus. Ideo ait pſ. Preparans
montes in virtute tua De iſto mõte
legimus figurã in apocalipſi. vbi ait
iohannes. Uidi montem ſyon et ſuꝑ
eum agnum ſtantem. ꝺ ſub cuius pe
de fons viuus emanat. et turba ma/
gna cum eo in veſtibꝰ albis. Ita mo
raliter iſte mons ſyon eſt mons con/
templationis. quia ſyon dicitur ſpe/
culum. ⁊ ſignificat fidelem animã deũ
cõtemplantem. vnde dicitur de ea ſa
pientie. Speculum ſine macula tur
ba magna cum eo in veſtibus albis.
Ita moraliter. Iſte mons ſyon eſt
mons ꝯtemplationis: quia ſyon dici
tur ſpeculũ ⁊ ſignificat fidelem aĩam
deum cõtemplantem. vnde dr̃ de ea
ſapiẽtie. Speculum ſine macula ⁊ cã
dor lucis eterne: illa debet aſcendere
ad agnum ieſum chriſtum pro nobis
immolatum et montem cõtemplari

de quo dicitur in pſ. Sicut ros her/
mon qui deſcendit in montem ſyon.
Hic eſt queſtio quomõ ros hermon
illius montis poterat aſcẽdere in mõ
tem ſyon. Reſpondẽdum ſm Caſſio
dorum ſuper pſalmiſtam. ꝙ hermon
multum fertilis mons eſt et agni ibi
paſcebant. et quãdo patres antique
legis volebant deo imolare. tulerũt
agnos optimos qui ibi de rore ⁊ her
bis nutriebant. ⁊ illos imolabant in
monte ſyon. Ita ſpũaliter ſyon dicit
ſpeculũ. ⁊ ſignificat beatã ꝟginẽ ma/
riã. que eſt ſpeculũ ſine macula i quã
deſcendit ros. i. ſpũſſanctus. de quo
yſa. Rorate celi deſuper. Et per mon
tem ſignificat thronus dei altiſſimi ꝺ
quo deſcẽdit ros in vterũ virginis. ꝺ
quo fiebat ⁊ nutriebatur agnus dñs
noſter ieſus chriſtꝰ pro nobis immo
latus. vnd̃ iohãnes. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mũdi. et ſic pa
tet tercius mons. Quartus mons ẽ
mons regnantium et clare deum in
tuentium: et iſte eſt mons a quo celũ
illuminatur. vnde pſ. Illuminãs tu
mirabiliter a montibus eternis: iſte
mõs eſt a quo auxilium nobis datur
vñ pſ. Leuaui oculos meos in mon
tes ⁊c. iſte eſt mons requieſcientium
Unde ait dominus per prophetam
yſayam: Paſcam oues meas in mõ
tibus iſrael. et ibi requieſcent in her/
bis virentibus. iſte eſt mons collau/
dantium. Unde pſ. Fundamenta ei
us in montibus ſanctis. et laudabũt
dominum in monte ſancto eius. Iſte
mons eternitatis figuratur in monte
thabor. de quo Math. Aſſumpſit ie/
ſus iohannem petrum et iacobum et
duxit eos in montẽ excelſum ſeorſum

et transſigurat⁹ eſt ante eos et facta ſunt veſtimenta eius alba ſicut nix et cetera. Ita moraliter iſte mons eſt eterna vita de quo pſalmiſta Mons in quo beneplacitum eſt deo habitare. in eo etenim dominus habitabit in finem id eſt eternaliter: Aſſumpſit tres diſcipulos in ſignum ꝙ tria genera hominū ſolum aſcendunt in mōtem eternitatis cum chriſto. ſcilicet peccata ſua pure confitentes et omnia vicia penitendo derelinquentes iſti ſignificātur per iacobum. Item deum cognoſcentes ipſumq̄ laudantes. et iſti ſignificantur per petrū. Item innocentes qui nunq̄ peccauerunt. vnde querens dauid dicit. Quis aſcendet in montem domini. aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹. Reſpondet innocens manibus et mundo corde. qui non accepit inuanum animam ſuam. nec iurauit ī dolo proximo ſuo. Et iſti clarificantur in corpibus cum chriſto clarificato. ideo igitur veſtimenta eius: vt nix alba fuerunt. Iſti etenim deum videbunt facie ad faciem. ideo facies eius reſplēduit ſicut ſol. ergo quo ad thema Cū deſcendiſſet ieſus d̄ mōte ſecute ſunt eum turbe. Oremus ergo ipſum vt donet nobis gratiam illam vt eū valeamus ſequi.

## Dominica quarta Sermo decimus.

Rat enim ventus contrarius illis Marci . . Uidemus in natur... us ꝙ rex ſapiens diuerſa bella cernens populo imminere aggregat ſibi milites et principes fideles et fortes qui gentem ſuam poſſint ab inimicis defendere. Tunc autem rex tria facit quādo vult eos approbare. Primo facit haſtiludium ut ibi audaces fiāt et ducit eos ad tormentum vt bene percuciantur. et ideo romani inuenerunt haſtiludium vt eorum pueri exercitarentur in bellis. Unde. iiij. Regum. Seſac rex probauit milites. Secundo non longe ab eis eſt eos aſpiciendo preparatus in auxilium ſi neceſſe eſt. Tertio eos liberans letatur. Unde dicitur i libro Reg. Rex liberauit nos de manu fortium. Unde pſ. Arcus fortium ſuparatus eſt: Item arcus fortium conteretur et infirmi accincti ſunt robore Eodem modo voluit chriſtus facere rex et domin⁹ noſter. Nam deus et homo voluit pugnare ꝓ patria hui⁹ mundi contra dyabolū et ſuos complices vt nos liberaret. Uoluit primo eligere ſuos diſcipulos velut milites in quibus voluit eodem modo ꝓbare et experiri. vtrum eſſent fortes et duxit eos in mare et ipſe dormiens iuxta eos ſe poſuit et poſtea ventos excitauit et periculoſos fluct⁹ maris de profundo excitari permiſit. Tercio de illo periculo eos liberauit. et d̄ hoc dicit euangelium preſens. quod deſcribit nobis marcus euangeliſta. Aſcendente ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus. ipſe vero dormiebat. et acceſſerunt diſcipuli eius et ſuſcitauerunt eum dicentes ſalua nos perimus et dixit eis. quid timidi eſtis modice fidei. tunc ſurgēs

imperauit ventis et mari et facta eſt
tranquillitas magna. Porro homi-
nes mirati ſunt dicẽtes qualis eſt hic
quia mare et ventus obediunt ei. Et
ſic patet euangelium: Quo ad the
ma fit autem mentio de quatuor ven
tis i ſpirituali. qui ſunt nobis contra
rij mouentes mare huius ſeculi. pri-
mus orientalis. ſecundus meridiona
lis. tercius occidentalis. quartus ſep
tendrionalis. Primus vẽtus eſt orië
talis. ⁊ ille flat quando homo origi-
nem vite cogitat quis ſit. quomõ nu-
dus mundũ intrauit in fletu et in mi
ſeria. et homo illud cogitat. vnde ait
Job. Nudus egreſſus ſum ex vtero
matris mee. Tunc homo contem-
nit facile omnem ꝓſperitatem mũdi
et accipit humilitatem quaſi vẽtum
quo anima poſt hanc vitam nauigat
ad portum ſalutis de quo actuum a-
poſtoloꝝ dicitur. Nauigante paulo
apoſtolo de roma in greciam venit
ventus orientalis et mouebat mare
et in periculo cõſtituti timuerũt val-
de. Et mercatores cum quibus erat
paulus videntes periculum proiece
runt mercimonia in mare et potius
ſanare volebãt corpa ꝗ̃ retiere mer
cimonia. Jta ſpiritualiter anima vo
lens nauigare de hoc mundo in celũ
cum velo humilitatis habens merci
monia. id eſt multa temporalia rerũ
et ꝓprietates mundi venit ventꝰ ori-
entalis. id ẽ ꝯſideratio quomõ homo
nudus venit in hunc mundum proij
cit omnia temporalia et dat pauperi
bus quia melius eſt ſecure ire ad por
tum ſalutis ꝗ̃ animam mergi in pro
fundum maris inferni. Sed ꝯtra iſtũ
ventum flat ventus ſuperbie concu
tiens domum conſcientie. De quo le
gimus in libro Job. Erat iob diues
et priuatus eſt repente omnibus di-
uicijs habuit ſeptem filios et tres fili
as. Veſcentibꝰ illis in domo primo-
geniti venit repente ventus a regio
ne deſerti concutiens quatuor angu
los domus que corruit et oppreſſit
omẽs pueros. Jta ſpiritualiter filijs
ieſu chriſti et filiabus in domo primo
geniti. id eſt in ſancta eccleſia que eſt
domus primogeniti altiſſimi patris
et pater ait iſtud in pſalmo. Primo
genitum ponam illum excelſum pre
regibꝰ terre. Jn hac domo filijs dei
edentibus et bibentibus venit ven-
tus ſuperbie et concutit quatuor an
gulos domus. id eſt quatuor bonas
conditiones. videlicet puritatem ſe-
dulitatem honoſtatem concordiam.
et domus corruit. id eſt ſancta eccle
ſia et omnes filios dei o ꝓprimit. Vn
de paulus dicit. Non ſimus paruuli
fluctuantes ne circumferamur omni
vento ſuperbie ne anima ſubmerga
tur. Ergo quomõ nati ſumus in huc
mundum cogitemus. Et ſic patet pri
mus ventus. Secundus ventus oc
cidentalis eſt mors Jlla flat ⁊ animã
quaſi in naui ducit per mare magnũ.
id eſt mundum dum homo cogitat
mortem amariſſimam. quia i iſta par
te mundi ſol occidit. Et hoc habemꝰ
frequẽter cogitare quomodo homo
ita mirabiliter et improuiſe moritur.
et quomodo omnia membra corpo-
ris tanguntur: Et quomodo anima
ſeparatur. et quomodo anima a de-
monibus accuſatur. et quomodo d̃
omibus operibus noſtris rationem
reddere debemus quãdo taliter iſte

ventus occidētalis flat. tunc omnes laſciuie ⁊ vanitates mūdi. ⁊ dlectatio corporis repellitur. Unde legimus figuram in Exodo. ꝙ qn̄ moyſes voluit ex iuſſu dei filios iſrael ducere de egipto multa ſigna fecit ⁊ p̄cipue percuſſit terram et venerūt multe locuſte ꝙ deuorabant fructus terre et omnē herbam virētē ſꝫ clamabant ad dn̄m dicētes. O domine libera nos d̄ iſta tribulatione. et fecit dominus flare ventum occidentalem et arripuit locuſtas et proiecit in mare. Ita ſpiritualiter totus mundus eſt egiptus. plenus locuſtis id eſt vanitatibus et delitioſe viuentibus omnem herbā virētem id eſt om̄es virtutes anime corrodētibus. Sed neceſſe eſt nobis hodie clamare ad dominū vt nos dignetur ab illis locuſtis liberare: que deuorat ſubſtantiam pauperū Tunc dominus d imittit ventum occidētalem id eſt memoriā mortis qui tollit omnes vanitates id eſt leticias mundanas et ꝓiicit a ſe in mare rubrum. id eſt penitentie. et tunc anima ſecure nauigat ad portum ſalutis. Tercius ventus eſt meridionalis et hic vent⁹ eſt dulcis. Et ille flat quando cogitamus de vita eterna et de gaudijs ei⁹ et generat in nobis caritatem qua caritate aīa noſtra velut velox nauis tranſit ad portū ſalutis. vnde anima in canticis dicit. Ueni auſter perfla ortum meū. De iſto vento legitur in quarto libro Regum. ꝙ propter peccata hominū tres annos non pluit ſuper terram et ſex menſes. Sed propheta helias aſcendit in montem iuxta mare ⁊ orauit ſepties Et ecce celi aperti ſunt et venit ventus auſtralis et eduxit nubes. et nubes dederunt pluuias ⁊c̄. et terra dedit fructum ſuū Ita ſpiritualiter propter peccata hominis non flat ventus auſtralis i cor hominis vt meditetur in celeſtibus. Debet igitur homo aſcendere in mō tem ſancte vite et orare. tunc ventus auſtralis adducit pluuiam lacrimaꝝ et aīa germinat virtutibus. In hoc vento renouat ſe niſus vt ait iob. Dicunt naturales ꝙ niſus quando non poteſt bene volare propter grauitatem pennarū antiquarū volat cōtra ventum auſtralem qui ip̄m calefacit et deponit omnes antiquas pennas. Ita anima deuota ſentiens ſe grauatam cum cogitatiōibus malis et peruerſis vertat ſe ad ventum caritatis et calefit anima et deponit om̄es plumas viciorū. Contra hunc ventum caritatis flat vētus inuidie qui exſiccat omnem fontem caritatis ⁊ gratie Unde alibi dicit Adducet dominus vrentem ventum de deſerto aſcendē tem et ſiccabit fontes eius. Sed iſti duo venti ſunt contrarij ideo mouet mare huius ſeculi. quando enim flat vent⁹ auſtralis facit animam calidā. vt ait Salomon. Omni tempe veſtimenta ſint candida ſiue calida. q2 auſtra proflata. ideo venit contrarius ventus ingratitudinis. De quo ait beatus Bernhardus. Ingratitudo eſt ventus exſiccans omnem fontem gratie. et ſic patet tercius ventus.

Quartus ventus eſt aquilonaris cū ille flat timorem eterni ſupplicij flat: Unde ait propheta Hieremias. Ab aquilone pandetur omne malum. Debet enim hō cogitare ꝙ luxurioſi

et immundi cremabuntur ſulphure.
pice et igne et frigiditate. De quo ait
in pſ. Pluet ſup peccatores laque/
os ignis et ſulphur ſpiritus pcellaꝝ
Unde pluit dominꝰ ſup ſodomam ⁊
gomorram. ſulphur et ignem. et hec
cogitãte anima ducitur poſt hanc vi
tam per virtutem caſtitatis et timo
ris q̄ſi nauis velo et malo id eſt maſt
bom ad portum ſalutis. Unde Eccl.
dicitur. Frigidus ventus aquilo fla
uit et congelauit criſtallus ab aquis.
ventus frigidus eſt conſideratio eter
ni ſupplicij. et tunc aqua luxurie fit cri
ſtallus caſtitatis. Huius legimus ſpi
ritualem doctrinam in naturis rerũ.
q in mari ſunt quidam piſces. qui di
cuntur delphines hij libenter audiũt
vocem hominum dulciter cantanti
um. et ad flatum aquilonis ſe vertũt.
ſed auſtro flante obturant aures. et
ponunt ſe ad profundum maris ne
audiant vel percipiant ventũ auſtra
lem. qui eſt contrarius aquilonis.
Ita ſpiritualiter multi ſunt in hoc ſe
culo cum flat ventꝰ aquilonis. id eſt
aduerſitates vel infirmitates corpo
ris vertũt ſe ad vocem predicatoris
ſicut delphini ad ventum aquilonem
et libenter tũc audiunt quidquid eis
conſulitur. et promittunt omnia bo
na facere et nunq̄ȝ amplius peccare:
De quibus dixit Iſaias. Domine in
anguſtia querũt te. Rogemus ergo.

Dominica ſecunda
Sermo. xi.

Domine nonne bonum ſe
men ſeminaſti in agro tuo.
vnde ergo habet zizaniã. Marci. viij
Nota q vnuſquiſq bonus agricola
non libenter permittit agrum ſuum
ſine ſemine et ſine fructu cum tempꝰ
fuerit ſeminandi. Nam ſeminat agrũ
ſuum ſcd̃m q ager diſpoſitus et aptꝰ
eſt. quia in vnam partem agri ſui ſe
minat triticum. in altera parte ordeũ
in tercia parte auenam. Unde dauid
Seminauerunt agros. plantauerũt
vineas. et fecerunt fructum natiuita
tis id eſt meſſis. Ita ſpiritualiter chri
ſtus noluit agrum ſuum id eſt ſanctã
eccleſiam permittere ſine ſemine vir
tutum. Nam in vnam partem ſemia
uit ſemen caritatis. in aliam ſemẽ pie
tatis. in aliam ſemen caſtitatis. in aliã
ſemen miſericordie. Unde ait in euã
gelio iohãnis. Dixit ieſus diſcipulis
ſuis. diſcite a me quia mitis ſum et hu
milis corde. Hoc eſt preceptum meũ
vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.
Sed dyabolus inimicus humani ge
neris ſupſeminat zizaniam. videlicet
inuidiam contra caritatem. contra ca
ſtitatem luxuriam. contra pietatem
auaritiam. contra humilitatem ſuper
biam. et de hoc legitur euangelium
Simile eſt regnũ celorum id eſt pñs
eccleſia homini id eſt chriſto qui deꝰ
et homo eſt pro nobis incarnatus.
qui ſemiauit bonum ſemen id eſt vir
tutem in agro ſuo videlicet eccleſia.
Cum autem dormirent homines in
ſomno pigritie venit inimicus homo
id eſt dyabolus et ſuperſeminauit zi
zaniam in medio tritici id eſt virtu/
tum. Cum autem creuiſſent et
herbe virtutum et fructum facere
debuerant electis et iuſtis: tunc appa

ruerunt et zizania id eſt mala opera in ſancta eccleſia quia ſtatim ſurrexe runt heretici raptores et malefici in ſancta eccleſia. Accedentes ſerui pa triſfamilias id eſt angeli dixerunt ei. domine nonne bonum ſemen ſemīa ſti in agro tuo. vnde ergo habet ziza niam: id eſt vnde venit tanta malitia in tuam ſanctam eccleſiam. que iam eſt magna qualis vnqꝫ fuit ab initio. Reſpondit dominus dicens. Inimi cus homo hoc fecit id eſt per inſpira tionem dyaboli Serui vero dixerūt Domine ſi vis colligimus ea id eſt ex tirpemus oīes maleficos raptores latrones. luxurioſos de tua ſancta ec cleſia Et ait non ne forte colligatis ex tirpando zizaniam id eſt malos eradi cetis. qꝛ multi ſunt peccatores quos volo fouere vſqꝫ ad mortem ſi vellēt conuerti quia nolo mortem peccato ris. Dimitte ergo creſcere id eſt viue re tā bonos qꝫ malos vſqꝫ ad meſſem id eſt vſqꝫ ad diem iudicij. Et tunc di cam meſſoribus meis. id eſt angelis: colligite cum tuba iudicij ad iudiciū omnes malos et alligate faſciſculos in congregationem ad comburendū in igne eterno Triticum id eſt bonos cōgregate in horeum meum id eſt in vitam eternā. et hoc eſt preſens euā gelium Notandū vero ꝙ per agrū ſignificari poteſt quilibet homo ī ſan cta eccleſia. et ſicut agricola quiſqꝫ fa cit circa agrum ſuum vt fructum faci at. Ita quilibet homo circa corpus et cor ſuum facere debet. Quattu or enim debet facere. Primo agrico la arat ſuum agrum. ſecundo fimum apponit. tercio irrigat. quarto ſemi nat. Prio dico ꝙ vnuſquiſqꝫ homo debet cor et corpus ſuum arare cum aratro confeſſionis: Sicut enim ara trum vertit agrum quod inferius eſt ſuperius. ita confitens debet vertere omnia que ſcit in corde et reuelare ex terius ſuo confeſſori. ſicut ferrum in aratro ſcindit agrum. Ita contritio pro peccatis debet ſcindere cor pec catoris vt ait propheta iohel. Scin dite corda veſtra et non veſtimenta veſtra ait dominus omnipotens.

Huius legimus figuram in geneſi. ꝙ patriarcha iacob venit in terram ori entalem ⁊ vidit aratores ⁊ iuxta eos in agro puteum qui fuit obſtructus lapide magno et tres reges accuba bant iuxta eum et amouebat iacob. lapidem de puteo. et venit pulcra pu ella dans ſibi ydriam. Dixitqꝫ ei bibe domine. et bibit de manu puelle Ita ſpiritualiter per iacob nota peccato rem. qui ſupplantat per penitentiam omnia vicia et venit in agrum peni tentie. vt inueniat fontem miſericor die id eſt chriſtum qui ait in canticis. Ego ſum puteus aquarum viuentiū Sed obſtructus erat iſte fons miſeri cordie per lapidem peccatorum quē amouet peccator quando peccata cō fitetur et tunc venit puella pulcra id eſt gratia diuina quā petit peccator dicens Da mihi bibere de fonte miſe ricordie quē inueni in agro penitētie Et ait illa. bibe domine de gratia diui na quantū volueris. Et iuxta hunc fontē accubabāt peccatores peniten tes et perfecti. ergo primo debemus arare corpus et cor noſtrum per ara trum confeſſionis et contritionis.

et ſic inuenimus fontem miſericordie
et ſic patet primum. Secundo dico
ꝙ debemus agrum noſtri corporis
et cordis impinguare per fimū id eſt
memoriam mortis vt fructum faciat
Unde Eccleſia. Memorare nouiſſi
ma tua et in eternum non peccabis.
Quid enī homo erit poſt mortē cer
te fimus et cinis et fauilla et lutum.
Unde Job. Comparatus ſum luto
et fauille et cineri Et iſta debet homo
ſemper habere in mente. Unde ait
Hieronimꝰ. Facile contemnit oīa
qui ſe ſemp̱ cogitat moriturum. vnde
legitur in geſtis romanorū. ꝙ quidā
magnus princeps cogitans de mor
te. pannum vilem lineum in quo erat
ſepeliendus erexit tamq̄ʒ vexillum.
et fecit ante ſe fieri per omnes ciuita
tes ſui regni et voce preconis cla-
mari Cum eſſem rex vndecim regno
rum. hoc ſolū habeo pro gloria mea:
et pro diuicijs afferam mecum ad ter
ram pannum iſtum viliſſimum. et ſic
pro memoria mortis multa bona fe
cit: Sic et nos ſemper debemus co
gitare. quia mors non tardat. cogi
tet homo de morte p̄deceſſorum no
ſtrorum. vbi ſunt fortes vbi abſolon
pulcerrimꝰ. vbi dauid audentiſſimꝰ.
vbi ſalomon ſapientiſſimus. vbi ſam
pſon fortiſſimus. hij omnes tranſiert
et in terra reuerſi ſunt. ⁊ ſic patet ſecū
dum. Tercio debemꝰ agrum cordis
noſtri lacrimis irrigare. quia ager nō
portat fructum ſuum ſine aqua. vnd̄
Pſalmiſta. Anima mea ſicut terra ſi
ne aqua. Huius legimus figuram in
libro iudicum ꝙ caleph in terra pro
miſſionis dedit filiam ſuam cuidam
viro in matrimonium. et dedit ei pro
dote terram infructuoſam et ſterilem
que iuit ad patrem ſuum dicens Pa
ter mi dediſti mihi pro dote terram
ſterilem da mihi agrum irriguum qui
exaudiuit preces filie ſue. et dedit ei
agrum irriguum inferius et ſuperius
Inferius a fontibus. et ſuperiꝰ a plu
uijs et facti ſunt diuites in agris iſtis
elemoſinam noli tuba canere ante te ſicut ypochrite faciunt in ſynagogis et in vicis vt honorentur ab homi/nibus. Amen dico vobis receperūt mercedem ſuam. Te enim faciēte ele/moſinam neſciat ſiniſtra tua quid faci at dextera tua vt ſit elemoſina tua in abſcondito et pater tuus qui videt i abſcondito reddet tibi mercedē eter ne retributionis et ſic patet euangeli um. Quo ad thema. Mercedem ha bebitis ꝛc̄. Nota ꝙ quattuor genera hominum mercedem apud patrem habebunt: primi ſunt mundum relin quentes / ſecundi ſunt penitentes. ter cij ſunt elemoſinam ordinate dantes quarti ſunt bene ieiunantes. Primi ſunt mundum relinquentes. de mer cede illorum ait dominꝰ. Luce. Gau dete et exultate. ecce enim merces veſtra multa eſt in celis: mundum re linquere docet nos natura. quia illō naturale eſt in homine ꝙ fugit illud quod poteſt ſibi nocere. Nam parua animalia fugiunt res nociuas vt pa/tet de apibus qui magnam eſuriem ſuſtinerent anteq̄ꝫ cibum eis nociuū ſumerent. ita et nos debemus facere quia mūdus nocet anime. quia eam ſuis concupiſcentijs malis interficit. vnde Johannis. Mundus tranſit ꝛ concupiſcentia eius. et aſſimilatur panthere. quia vt dicit Iſidorꝰ Pā/thera eſt animal valde pulcrum in co lore et dulcis in odore. ſed eſt animal venenoſum interiꝰ et propter ſuum colorem et bonum odorem ſequunt̄ eum animalia. ſed ſuo veneno interfi cit ea ita mundus eſt pulcrior in aſpe ctu vt videmus ꝙ mundani ſe veſti/unt ad aſpectum hominis quantūm cunq̄ꝫ poſſunt ſe ornant ſed multi oc ciduntur in anima. ideo ait dominus dicens. mundum relinquentibus. Mathei. Vos de mundo non eſtis. ideo odit vos mundus. Item docet nos mūdum relinquere exemplo nō ſolum ſuo vel in apoſtolis ſed etiam in paganis. vnde legimus de quodā philoſopho videlicet dyogene qui i plateis ſtrauit pecuniam et clamauit dicens. Noui ꝙ ſcientia et pecunia ſi mul ſtare non poſſunt. Et alius ma/gnam pecuniam proiecit in mare di/cens. Meliꝰ eſt ꝙ mergam te q̄ꝫ mer gar a te. Si enim hoc fecit paganus quanto magis bonus chriſtianus de bet ſpernere mundum cum ſuis con cupiſcentijs. que ſunt auaricia gula luxuria ꝛc̄. que ſunt ydolorum ſerui/tus. ſed habemus mercedem apud patrē vt ait Auguſtinꝰ. Si quis mū dum reliquerit et deo ſeruierit cum adhuc oculi ſplendent vt carbuncu/li. et crines ſunt gilbi id eſt gel. et ge/ne rubeſcūt et ſtatura eſt erecta ꝛ mū dus viget et fortitudo regnat. certe talis mercedem iohānis baptiſte ex/pectat. Secundi qui mercedem ha/bent apud patrem ſunt penitentes. vnde ait dominus Math. Peniten tiam agite ecce appropinquat regnū celorum. propter meritum peniten tie depingebant romani imaginem penitentie ad modum militis arma ti in cuius galea ſcriptum fuit. te/neo aureis literis et anchora ſuper galeam in lorica militis porta aper/ta et ſcriptum iuxta. intromitto in clipeo quem tenebat in vna manu

dextera crux xp̄i alta. i dextera manu
vexillum de quatuor coloribus vide
licet rubeo albo nigro viridi et ſuper
imaginem ſcribebatur. Hec eſt peni/
tentia vera. Ad ꝓpoſitum iſte miles
ſignificat penitentiam quia penitens
multas habet tentationes. vñ Job.
Milicia eſt vita hoīs ſuꝑ terrā. in cu
ius galea anchora tene manet in tē/
peſtate ita pñia tenet hoīez in tempe
mortis ne ſubmergat̾ in infernū. Itē
in lorica porta aperta depicta q2 pe/
nitentia ſm Aug. eſt pma porta poſt
naufragiū. Item in ſcuto vel clipeo
crux alta q2 ꝑ crucē pñia ſignificatur
vñ ait xp̄s Lu. Qui non accipit cru
cem pñie ꝛ ſequitur me non eſt me di
gnus. In dextera manu vexillum in
quadruplici colore. rubeo qui ſignifi
cat̾ caritatem. albo qui ſignificat caſti
tatem. viridi qui ſignificat ſpūalem
hilaritatem. nigro qui ſignificat hu/
militatem. Vera penitētia debet ha
bere ſpem eterne mercedis. vnde ait
quidam ſanctus. Veni domine da
mercedem ſuſtinentibꝰ te vt ꝓphete
tui fideles inueniant̾ qui penitentiā
predicabant: Tercij qui mercedem
habebūt apud patrem ſunt videlicꝫ
elemoſinam ordinate dantes. Nam
qui dant elemoſinam pauperibꝰ pro
pter deum centuplū accipient et vi/
tam eternam poſſidebūt. vnde vide
mus in naturalibꝰ quādo aliqui mer
catores exiſtētes in aliena patria vbi
pecuniam nō poſſunt ſecū ducere et
portare q̄runt cāpſores. i. dāt illis et
recipiēt in pr̄ia ſua Ita ſpūaliter nos
ſumus in hoc mūdo vbi nihil poſſu/
mus deportare nobiſcū tempe mor
tis. ideo debemus pauperibus dare



in hoc mundo vt centuplum accipia
mus. quia pauperum eſt regnum ce/
loꝝ: huius legimus figuram in libro
Tho. Thobias eñ cum diues fuerat
dedit cuidam viro iuſto decem talen
ta et conceſſit ei ſine omni vſura ꝛ ac
cepit ab eo ſignum. Tempe vero ne
ceſſitatis miſit filium ſuū cum ſigno
qui reportauit omnē pecuniam et in
centuplo vltra. ꝛ angelico ducatu re
uerſus eſt ad patrem cum leticia Ita
moraliter hoc tempe abundare debꝫ
homo. ducitur ducatu angeloꝝ ad
rectam terram viuentium vbi in cen
tuplo magis accipiet q̄ꝫ dedit. ꝛ cum
gloria eterna erit heres dei. et cū chri
ſtus veniet ī die iudicij corpus exce/
catum dormiēs in tenebris illuiabit
clarificando. vnde Augꝰ. in quadam
ep̄la dic̄ ſic. Si vis eſſe mercator op
timus fenerator egregius debes qđ
nō potes tecū ferre vt recipias mer/
cedem quā nunq̄ꝫ potes amittere. da
modicū vt recipias magnū. da temp
alia vt recipias eterna. et ſic patet ter
cium Quarti qui mercedem habent
apud patrem ſunt bene ieiunantes.
nā aliqui ieiunant qui tñ a deo merce
dem non accipiūt. vñ ait Berñ. Jo
helis .i. Ieiuniū hoc non elegi. hoīez
affligere animā ſuam et viuere in pec
catis mortalibus. ſed ille qui bñ vult
ieiunare debet vincula pctōꝝ per cō
feſſionē pmo ſoluere. vt dicit ibidem
Solue colligationes colli tui. Item
debet cum cordis tranquillitate ieiu
nare vt cū nullo habeat diſcordiā vl̾
inuidiā. Item debet cū cordis mun
dicia q̄a vt dicit Jacobꝰ. Nunqđ po
teſt de vno foramine exire dulcis aq̄
et amara quando miſcetur aq̄ amara

cum dulci. ita pctm̄ nō debet ſtare cū
ieiunio ne miſceatur. Item ieiunium
debet eſſe cum bona intentione ne fi/
at ad laudem humanā ſic̄ ypochrite
Quā igitur nō fit. tunc ira dei placat᷑
et delet omne pctm̄, vt patet in libro
Jone. vnde legimus ciuitas niniue
magna erat cū ſuis pctīs offendebat
deum. ꝓpterea voluit eam deus ſub/
uertere dixit itaqꝫ deꝰ ad ionam pro
phetā. Uade in ciuitatē niniue ⁊ p̄di
ca i ea adhuc. xl. dies ⁊ niniue ſubuer
tetur. qđ ꝓpheta fecit. clamauitqꝫ ꝑ
totam ciuitatem in omnibꝰ capitibꝰ
ciuitatis adhuc. xl. dies et niniue ſub
uertetur deus omnipotēs. et clamor
talis peruenit ad aures regis et rex
ſurrexit de ſolio glorie ſue ⁊ ſcidit ve/
ſtimēta ſua et indutus eſt ſacco ⁊ ſpar
ſit ſe cinere ſuꝑ caput ſuum et p̄cepit
omni populo ſuo ieiunare et iumēta
et boues ieiunabant: quia non paſce
bantur ſed in ſtabulis reſeruabantur
et pueri in cunabilis. et ſic clamor pu
erorum et iumentoꝝ quibus ſubtra/
hebantur cibaria venit ad dominum
omnipotētem et miſertus eſt eis pro
pter ieiunium. ita et nos ſi puro cor/
de ieiunamus et viam noſtram malā
relinquamus miſerebitur dominus
noſtri et delebit oīs iniquitates no
ſtras ⁊ deponet irā in miſericordiam
⁊ ergo quo ad thema apud patrem
habebunt mercedem hi quatuor ſu/
pradicti videlicet penitentes elemo
ſinam dantes mundū relinquentes ⁊
debite ieiunantes.

Dominica p̄ma quadrage
ſime. Sermo. xvij.

Uctus eſt ieſus in deſertū
a ſpiritu vt tēptaret᷑ a dya
bolo Mathei. iiij. Nota ſic̄
videmus quando aliqua ciuitas q̄
eſt libera fuerit a malo tyrāno obſeſſa
tunc melius eſt hominibꝰ illius ciui/
tatis mori honorifice i bello q̄z ſe tra/
dere in ſeruitutem tyrannice prauita
tis Ita ſpiritualiter ciuitas dei libera
eſt homo chriſtianꝰ vt ait Apoſtolꝰ.
Qua libertate chriſtꝰ nos liberauit:
ſed tyrannus dyabolus obſedit eam
diuerſis temptationibꝰ quibus debe
mus viriliter reſiſtere vt ait Bern̄.
Ciuitas noſtra in terra inimicorū eſt
et muri eius de terra id eſt corpꝰ cir/
ca animā vndiqꝫ impugnat᷑. nā infe
rius impugnat cōcupiſcentia carnis
contra iſtam vigilat abſtinētia. ſupe
rius impugnat timor iudicij extremi
contra iſtum vigilat frequens ꝯfeſſio
q̄n impugnat vanitas mōdi: contra
iſtam vigilat mortis memoria. debe/
mus igitur temptationibus dyaboli
viriliter reſiſtere. et hoc oſtēditur no
bis in euangelio. Ductus eſt ie/
ſus i deſertū ꝑ ſpm̄ ſanctū poſtq̄z fuit
a iohe baptiſatꝰ vt tentaret᷑ a dyabo
lo. nā ieiunauit xl. diebꝰ ⁊ xl. noctibꝰ
in quo oſtendit diuinā naturā. Po
ſtea em̄ eſuriit tunc aſſuit dyabolus
temptator ⁊ dixit ei. Si filius dei es
dic vt lapides iſti panes fiāt ⁊ come/
de. r̄ndit ei ieſus. ſcriptū eſt em̄: Non
in ſolo pane viuit hō ſed etiā i verbo
qđ ꝓcedit de ore dei. qꝛ ſic̄ corpꝰ con
fortatur a pane naturali ita anima a
pane ſpirituali. tunc aſſumpſit eum
dyabolus in ſanctam ciuitatem et
ſtatuit eum ſupra pinnaculum tem
pli. iſtud pinnaculum dicebat᷑ locus

doctorem in ſupmo templi tanq̄ de
ambulatoriū et dixit ei Si fili⁹ dei es
mitte te deorſum. ſcriptū ē em̄ Ange
lis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant
te in omnib⁹ vijs tuis. reſpondit ei ie
ſus. ſcriptum eſt. Non tēptabis dn̄m
deū tuū. tunc iteꝝ aſſumpſſit eū dya
bolus et duxit eū in montē excelſum
valde ⁊ oſtēdit illi om̄ia regna mūdi
et gloriā eoꝝ et dixit illi. Hec oīa da/
bo tibi ſi ꝓcidens adoraueris me. tūc
dixit illi ieſus. Uade ſathanas. ſcrip
tum eſt em̄ Dn̄m deū adorabis ⁊ illi
ſoli ſeruies. tunc reliquit eū dyabol⁹
⁊ ecce angeli acceſſerūt ⁊ miniſtrabāt
ei. In hoc euāgelio p̄mo queriť qua
re xp̄s voluit ieiunare. xl. dieb⁹ ⁊. xl.
noctibus. Rn̄dent doctores. q2 ſicut
moyſes ante multa tempa incarnati
onis ieiunauit. xl. dieb⁹ ⁊. xl. noctib⁹
in deſerto ī monte ſinay vbi dn̄s de/
dit ſibi legem. ita xp̄s q2 legem euan/
gelicā voluit nobis dare vt ſic anti/
q̄ ⁊ nouā faceret vnā. Quare voluit
temptari a dyabolo. Reſpondent do
ctores ꝙ p̄mi parētes videlicet adā
et eua fuerūt temptati in paradiſo et
victi ꝑ tria vicia videlicꝫ ꝑ gulam q2
comederūt. ꝑ ſupbiam q2 eritis ſicut
dij. ꝑ auariciciā ſcientes bonū ⁊ ma/
lum ⁊ in his ꝯſenſerūt dyabolo. ⁊ iō
expulſi ſunt de paradiſo terreſtri ⁊ ce
leſti. Sed xp̄us deus ⁊ hō voluit tri/
bus vicijs temptari ab eo. ſed ſupare
vn̄ temptauit eū de gula dicens. dic
vt lapides iſti panes fiant. de ſupbia
mitte te deorſum de pinnaculo tēpli
⁊ ſi non leſeris te ab omnib⁹ laudabe
ris. d̄ auaricia oīa regna mundi vide
licet ibi arabia ibi iudea ibi frācia ibi
india ibi ytalia omia tibi dabo vt ſis
dn̄s eoꝝ ſed in omibus his vicit dya
bolum vt daret nobis exemplū dya
bolo reſiſtendo. ergo quo ad thema.
Duct⁹ eſt ieſus in deſertum. ꝑ deſer
tum nota penitentiā verā ⁊ hoc pro
pter q̄tuor cauſas: Primi filij iſrael ī
iſtum deſertum ambulabāt ꝑ duode
cim vias: Secūdo in iſto deſerto fue
runt a ſerpentib⁹ inuaſtati. Tercio in
iſto deſerto fuerūt aq̄ recreati Quar
to ī iſto d̄ſerto fuerūt pane celico ciba
ti vel refecti. Primo dico ſic ꝙ peni/
tentia vera ꝯpať deſerto. q̄a moyſes
duxit eos d̄ egipto ꝑ duodecim vias
vt patet in figura Exo. vbi legimus
et dicit magiſter in ſcolaſtica hiſtoria
q̄n moyſes venit cum filijs iſrael de
egipto ante mare rubrū diuiſit mare
cum virga in. xij. vias quas filij iſrael
ambulabant. et cū Pharao ſequere
tur eos volens eos reducere demer
ſus eſt in mare. et filij iſrael in littore
ſtabant et iſtum pſalmum cantabant
Cantem⁹ dn̄o glorioſe quia equū et
aſcenſorem ꝓiecit in mare. Ita ſpūali
ter xp̄s ꝑ dn̄i inſpirationē educit pec
catores de egipto. i. de ſtatu pctōꝝ
diuidens mare penitētie in. xij. vias
cum virga ſancte crucis ⁊ iſtas vias
optet nos ambulare in deſertum pe/
nitētie vt valeamus ꝑuenire in terrā
ꝓmiſſionis eterne. Prima via eſt cō
tritio ⁊ ſic amara ut recogites in ama
ritudine anime tue omne temp⁹ vite
omnes dies. omnes āños quos inu/
tiliter expendiſti. vn̄ ait Dauid. Re
cogitabo tibi omnes āños meos in
amaritudie anime mee. item yſa. Ue
lut mare contritio tua Cū em̄ habes
ꝯtritionem amarā tunc p̄mā viā am
bulaſti Sc̄da via ꝙ ꝯtritio tua ſit vni
uerſalis vt cognoſcas te magnū pec

catorem. ſicut dauid qui nõ peccauit
niſi vnum peccatũ magnũ in quo de
um offendit cum dixit. peccaui ſuper
arenã maris ⁊ peccata mea plura ſũt
ꝗ̃ multitudo ſtellaꝝ. et ſic habes du⸗
as vias: Tercia via eſt ꝙ ꝯtritio cor/
dis tui ſit ſingularis et d' quolibꝫ pec
cato in ſpeciali habeas ꝯtritionẽ. vñ
Dauid: lauabo per ſingulas noctes
lectum meum. i. ꝯſcientiam meã et la
crimis rigabo. Quarta via contritio
nis debet eſſe ꝯtinua. vnde ait Augꝰ
Quotiens recordaris de peccato ꝑ
petrato non habeas dilationem, ſed
ꝯtritionem. Item confeſſio habet q̃/
tuor vias. Prima via cõfeſſionis eſt
doloroſa ꝙ nõ vadas cum riſu ⁊ ioco
ad ꝯfeſſionem. vnd' Augꝰ O dñe da
mihi illam gratiam vt in me inueniã
et cum dolore confitear, quod in me
vulneratũ eſt. Secũda via confeſſio
nis eſt ꝙ ſit feſtina: vnde Eccle: Ne
tardes cõuerti ad dñm et ne differas
de die in diem vt non inducas pecca
re in ꝯſuetudinem Tercia via ꝯfeſſio
nis ẽ ꝙ confeſſio ſit integra vt nõ di
uidas vnam partem confitendo vni
ſacerdoti vel cõfeſſori ⁊ aliam partẽ
alteri: vnde yſa. dicit'. Surge mane
⁊ effunde cor tuũ ſicut aqua effundit'
⁊ vas non retinet ſaporem vel colo⸗
rem. ſic cor non debet retinere dilati
onem nec rancorem: Quarta via cõ
feſſionis eſt ꝙ confeſſio ſit verecun/
da vt cum verecũdia loquaris, vt ſa
cerdos ſciat ⁊ intelligat tuã intentio
nem vt non pallies ſicut multi ſunt q̃
nõ audent dicere ꝓpter verecundiã.
vnde in pſ. Verecundia ꝯtra me eſt
ſemper Quidquid homo ꝓpter vere
cundiam retinet, hoc ſcribit dyabolꝰ

ſtilo ferreo in fronte ⁊ in pectore ip/
ſius ⁊ vnuſquiſqꝫ leget illud i iudicio
Item ſatiſfactio habet q̃tuor vias:
Prima via eſt ꝙ ſis in illa intentiõe
ꝙ nunq̃ꝫ velis amplius peccare. vñ
ait dominꝰ mulieri Luce. Mulier di
miſſa ſunt tibi peccata tua vade noli
amplius peccare. Secũda via eſt vt
homo reddat iniuſtas res. vnde Au
guſtinꝰ. Peccatum non dimittit' niſi
ablatū reſtituatur: et ideo ait zacheꝰ,
Domine dimidium bonorum meoꝝ
do pauperibus. ⁊ ſi quem aliquid de
fraudaui reddo q̃druplũ. Tercia eſt
via eſt vt indulgeas ꝓ primo vt nullã
habeas vindictam vel rancorem in
corde. vnd' dixit dominus Mat. Si
dimiſeritis hominibus peccata eorũ
⁊ pater veſter dimittet vobis pecca/
ta veſtra. Quarta via ſatiſfactionis
eſt ſic. ſi peccaſti corꝑe ſatiſfac in cor
pore. quia per que homo peccat per
hec et torquet'. ⁊ ſi ꝯfeſſor tibi ponit
ſatiſfactionẽ minimã tamẽ potes vl
tra facere. vnde Johannes in apoc.
Vidi equum album et qui ſuper eū
ſedebat nomen erat. et habebat ſtate
ram in manu ſua. quia temꝑe mortis
vniuſcuiuſqꝫ menſuratur ſm opera ſua
que ſequunt'. et hec ſunt. xiij. vie per
deſertum penitẽtie. Secũdo dico ꝙ
penitentia deſerto ꝯparatur. quia fi
lij iſrael in deſerto a ſerpentibus fue
runt infeſtati vt patet in pſ. Dentes
beſtiarũ immittam in eos cũ furore
trahentiũ atqꝫ ſerpentiũ. vnde legi
mus figuram in Exodo. Quãdo filij
iſrael murmurabant cõtra dñm miſit
ſerpentes q̃ ſplendebãt velut ignis ⁊
populũ mordebant ⁊ quem morde
bant moriebatur. et ſic tũc moriebãt'

a moꝛſu ſerpētis. ſed dixit moyſes ad
dn̄m. O dn̄e quō poteſt ꝑplus ſalua
ri a ſerpentibus quia omnes moriūt
dixit dn̄s ad moyſen. Funde de ere
ſerpentē eneū ⁊ ſuſpēde in arboꝛe vt
quemcūq; momoꝛderit ſerpēs inſpi-
ciat ſerpentē eneum ⁊ non nocebit ei
moꝛſus. Ita ſpūaliter i deſerto vere
penitentie infeſtat hoīem ſerpēs anti
quus. i. dyabolus qui decepit ꝑmuz
hoīem in ſpecie ſerpētis ⁊ infeſtat ho
minē ꝑ malas ſuggeſtiones ⁊ per ma
las cogitationes. Quēcūq; em̄ moꝛ
det aſtutia ſathane intueat̄ xp̄m i cru
ce pendentē ⁊ petat veniam ⁊ nō no
cebit ei moꝛſus ſerpentis. i. dyaboli
ſic vincitur ſicut xp̄s vicit eum dicēs
Vade ſathanas ⁊ nō temptabis me
quia xp̄s dn̄s vicit te: Tercio penitē
cia vera ꝯparatur deſerto. quia filij
iſrael nō habebant aquā. ideo clama
bant ad dn̄m: ⁊ moyſes duxit multi-
tudinem filioꝝ iſrael ante petram. et
habuit virgam in manu et percuſſit
petram ꝑma vice ⁊ nō dabat aquam
ſecūda vice ⁊ petra dabat aquā: Ita
ſpūaliter multi ſunt in deſerto penitē
tie qui non habent aquā lacrimaꝝ ꝓ
peccatis ſicut dicit Ps. Anima mea
ſicut terra ſine aqua tibi. Debet ho-
mo coꝛ ſuum induratum velut lapi-
dem ꝑcutere virga diſcipline bina vi
ce vel trina vice recoꝛdando ꝑterita
peccata. ⁊ tunc petra. i. coꝛ durū pec
catoꝛū dabit aquā lacrimaꝝ et inde
reficitur anima peccatoꝛis. ⁊ lauat ſe
ab omni ſoꝛde vicioꝝ. ergo in deſerto
penitentie neceſſe eſt aqua lacrimaꝝ
et ſic patet tercium. Quarto peniten
tia comparatur deſerto. quia in deſer
to. filij iſrael fuerunt refecti pane an-
gelico qd̄ patet in Exo. vbi legimus
q̄ filij iſrael non habebant cibaria in
deſerto ⁊ clamabant ad dn̄m. ⁊ miſit
eis de celo panem angeloꝝ quē colli
gebant omni die de mane in roꝛe. qn̄
em̄ ros cecidit. cecidit manna cum ro
re ⁊ vnuſquiſq; colligebat inquantū
ſibi et familie ſue ꝓ illo die ſufficiebat
Ita ſpūaliter in deſerto penitentie ci
bat dn̄s ſuos fideles duplici pane ce
lico. Primus eſt panis verbi dei de
quo ait dominus in euangelio Non
in ſolo pane viuit homo ſed in omni
verbo quod procedit ab oꝛe dei. et
vnuſquiſq; vadat ad eccleſiam mane
vt boni chꝛiſtiani colonie faciūt ⁊ in
alijs magnis et paruis ciuitatibꝰ vbi
ꝑdicatur verbum dei ⁊ vnuſquiſq;
capiat vt ſibi et familie ſufficiat id eſt
aie. Item cibat filios ſuos in deſerto
penitentie cibo ſacramentali omi die
a pꝛeſbiteris: et vnuſquiſq; fidelis in
iſtis diebus ſe preparet. vt in die pa-
ſche panē angeloꝝ digne ſuſcipiat. d̄
quo ait dominꝰ Ego ſum panis viuꝰ
qui de celo deſcendi Ioh. xij. Si qs
manducauerit ex hoc pane viuet ine
ternum.

## Dominica reminiſcere. Sermo. xviij.

Ecce mulier chananea a fini
bus illis egreſſa clamauit
dicēs Miſerere mei ⁊c̄ Ma
thei. xv. Iſta mulier volens filie ſue
graciam impetrare ſapienter ſciuit al
legare. Primo apud chꝛiſtuz captat
beniuolentiam in eo q̄ vocat eū do-
minū et filiū dauid. In hoc em̄ confi
tetur eum eſſe verū deum inquantū

Vocat eū eſſe dñm: ꝛ verum hoīem in
quantū dicit ipm̄ eſſe filiū dauid. Se
cūdo inſinuat tribulationē ꝛ miſeriā
cū dicit. filia mea a demonio torquet.
Tercio implorat ei⁹ miſericordiā cū
dicit. miſerere mei. Xp̄s aūt quatuor
magnas duricias oſtendit ſibi nō vt
eam ꝯfunderet. ſed vt ei⁹ fidem ꝛ con
ſtantiā ꝓprobaret. Prima duricia fu
it in hoc ꝙ ſibi reſpondere noluit ac
ſi eſſet excōmunicata aut chriſti rñſio
ne indigna. vnd̄ dicit ꝙ non rñdit ei
v̄bū. Scd̄a duricia fuit i hoc ꝙ dixit
eam nō eſſe de ouibus iſrael. vñ dixit
Non ſum miſſus niſi ad oues que pe
rierunt domus iſrael. Oues aūt do
mus iſrael erant oues dei. In hoc āt
ꝙ dixit eā non eſſe de ouibus iſrael in
ſinuauit eam nō eſſe de ouib⁹ dei et ꝑ
ꝯſequens relinquebat ꝙ erat de oui
b⁹ dyaboli. Tercia duricia fuit i hoc
ꝙ ipſam canē appellauit. Non ſolū eñ
dixit ipſam non eſſe ouem ſed etiā eſſe
canem Quarta duricia fuit in hoc ꝙ
dixit eam nō eſſe dignā veſci pane fi/
lioꝝ vñ de his duob⁹ ſcilicꝫ ꝙ erat ca
nis ꝛ ꝙ erat non digna veſci pane fi
lioꝝ ait. Nō eſt bonū ſumere panem
filioꝝ et mittere canib⁹ ad manducā
dum. Ecce quot ꝛ q̄ȝ magnas durici
as oſtendit ei xp̄s vt eius ꝯſtantiā cō
probaret. non eſt aliq̄ mulier ita pati
ens et ita ſctā q̄ ſi alicui viro magno
loqueret et ipſe ſibi tanq̄ȝ excōmuni
cate loqui nollet. et inſuꝑ eā ouē dya
boli diceret et canē appellaret ꝛ indi
gnā eam veſci pane aſſereret quē nō
recederet turbata et ſcādaliſata Ipſa
āt in omnib⁹ conſtās et patiēs ſemꝑ
fuit: nā ad p̄mā duriciā ſe habuit ꝓui
de. qꝛ a p̄ncipio ire noluit ad petrum
vel ad iacobum vel ad iohānem vel
ad aliquē aliū diſcipulum. ſed tm̄ ad
ipm̄ xp̄m. Tamen videns ꝙ xp̄s ſibi
rñdere nollet ꝓuidit ſibi ꝛ ad diſcipu
los iuit rogans vt ipſi pro ea interce
dere dignarēt. Tunc accedentes di/
ſcipuli rogauerūt eum dicentes: Di
mitte eam et fac quod ipſa petit et ſic
recedet quia clamat poſt nos ex hoc
ꝙ eam tenes qd̄ petit non comples
Quantum ad ſcd̄am duriciā ſe habu
it magnanimiter. nam cū diſcipuli ꝓ
ea rogarent ꝛ xp̄s dixit eam nō eſſe d̄
ouibus dei ꝛ per conſequens eſſet de
ouibus dyaboli. illa audiēs hoc ſum
pta fiducia ad eū appropinquauit et
eum adorauit dicens. Dñe adiuua
me ac ſi dicat. Si vſq̄ȝmodo fui ouis
dyaboli. modo volo eſſe ouis tua et
in ſignū adoro te ſicut ouis paſtorem
et idcirco dñe adiuua me ſicut paſtor
ouem ſuam debilem et infirmā Quā
tum ad terciam duriciā ſe habuit iſta
mulier prudenter. quia quando xp̄s
eam canem appellauit ipſa hoc nō ne/
gauit ſed canem ſe eſſe confeſſa eſt di/
cens: Etiam domine ac ſi diceret. Ca
nem me vocas canis tuus eſſe volo.
Domini autem canem non expellūt
ſed ſi expellant per vnam portam ꝑ
aliam reuertitur. Si ergo ſum canis
non debes me expellere a te. ſi expel/
lis protinus redibo ad te. Quātum
ad quartam duriciam ſe habuit ſapiē
ter. quia quādo chriſtus ei dixit. ꝙ ñ
erat digna comedere panem filiorū.
illa ſapienter reſpondit ei: Domine
non peto panem ſed micam. ꝛ ſi ego
ſum canis ſicut me vocaſti. conſuetu
do eſt tamen ꝙ domini dant canib⁹
ꝛ catellis ſaltem micas. ergo da mihi
iſtam micam quam peto ſcilicet filie
mee curationem. tunc reſpondit ei ie

ſus. O mulier magna ē fides tua q̄ꝫ ē
me ſuperauit ⁊ vicit ⁊ ideo fiat tibi ſicͭ
vis. ⁊ ſanata eſt filia eius ex illa hora.
Notandũ aũt ꝙ qñ aliqͥs ad aliquaꝫ
ſublimē ꝑſonã aliquã grãm petiturꝰ
accedit illos ſecum in ſocietate ducit
quos illius ꝑſone amicos eſſe credit.
Iſta ergo mulier ad xp̄m volēs acce
dere ⁊ ſanitatē ꝓ filia ĩpetrare illas v̉
tutes ſecum aſſumpſit q̄s xp̄o magis
g̃tas eſſe cognouit ſcꝫ paciẽciã fidem
humilitatē ꝑſeuerantiã ⁊ orõeꝫ. patiē
tia eſt ſoror xp̄i. fides ē filia xp̄i humili
tas mater xp̄i. ⁊ orõ eſt nuncius fidei
ad xp̄m Primo ergo aſſumpſit q̄ fuit
ſoror xp̄i ſcꝫ patientiã. q2 ĩpam nunq̄ꝫ
deſeruit nec in vita nec in morte. ſed
tanq̄ꝫ ſoror indiuidua ſp̄ ipi aſſociata
fuit: vñ dr̄ yſa. xliij. Tacui eteñ ſemꝑ
ſilui patiēs etiã fui ⁊c̄. Iſta aũt patien
tia in tribꝰ iniurijs ↄprobat̉ ſcꝫ v̉bo
rũ rex et ꝑſone. in iſtis tribꝰ mulieris
patiētia ↄprobata fuit. Primo nãq̄ꝫ
ſuſtinuit iniuriã in verbo qñ xp̄s ipã
canē appellauit Nõ eſt aliq̄ mulier ita
patiēs q̄ ſi canis diceret . ſaltem quin
rñderet. Non eſt veꝝ ſum bona: iſta
ãt nõ tñ portauit patiēter ꝙ xp̄s eã
canē appellauit. ſꝫ ipa etiã ſe canē appel
lauit. Sciebat ei hoc ꝙ xꝰ hoc ñ dice
bat oino ꝓpter iiuriã. ſꝫ etiã ꝓ bonis ſu
is a iudeis fuit ſpoliata. vñ dic̄ Iero
nimꝰ. ꝙ chananei dimittētes terras ĩ
q̄bus iudei tunc habitare ſolebãt vl̉
vllo bel o ↄſumpti vl̉ in loca vicina
diſꝑſi ſunt l̉ ĩ ſeruitutē ſubiecti nomē
tñ ſuũ circũferũt. Ex his ergo illa mlr̄
chananea eſt q̄ iudeis admixta. credi
tur cognouiſſe ex lege xp̄m ex ſemine
dauid naſcituꝝ eſſe. iſtã ãt iniuriã bo
norũ ſuoꝝ patiēter portauit. Tercio
ſuſtinuit iniuriã ꝑſonalē filie ſue ↄpſſi

one q̄ a dyabolo g̃uiter opprimebat
quã oppreſſionē ſuã ꝓpriã reputabat
vñ ñ dicebat. Miſerere filie mee dñe
ſed miſerere mei dñe. iſtã actualē iniu
riã nõ ſicut ꝑmã aut ſcd̉am patienter
portauit ſꝫ grauiter ferebat. Licet eñi
eã canē vocabat xp̄s: de hoc habuit
magnã leticiã. ſi hõ bona ſua rapuit
⁊ in ſuitutē eã redegit de hoc habuit
patientiã. ſꝫ q2 dyabolꝰ in domo ſua
habitaret. d̉ hoc patientiã hr̄e nõ po
tuit ⁊ ad xp̄m clamabat di. Miſerere
mei dñe. hoc ē ↄtra multos q̄ ĩ aduer
ſitatibꝰ dei murmurãt. in ꝑſecutioni
bꝰ hoim blaſphemãt. ſed ꝙ dyabolꝰ
in domo ſue aĩe habitat nõ curãt nec
ad deũ clamãt ⁊c̄. Scd̉o aſſumpſit fi
dem que ē filia xp̄i. q2 ꝑ ipam d̉s ĩ cor
dibus nr̄is ĝditur ad Ephe. Inhabi
tare xp̄m ꝑ fidē in cordibꝰ nr̄is. Iſtã
aũt fidē iſta mulier habuit valde ma
gnã. vñ dixit ei xp̄s. O mlier magna
eſt fides tua Tũc aũt eſt fides magna
qñ eſt opibꝰ ↄiũcta caritati admixta
ꝑſeuerãs ⁊ firma. Fides aũt q̄ eſt ſine
opibꝰ habet ocioſitatē: et iſta ē fides
mulieꝝ. Jacobi. ij. Fides ſine opibꝰ
mortua eſt. Si vero nõ eſt caritati cõ
iuncta habet inutilitatem iuxta illud
i. Cor. xiij. Si habuero fidem ita vt
mõtes transferam. caritatem autem
non habuero nihil mihi ꝓdeſt. ⁊ eſt
fides demonũ qui ſunt extra ſtatum
gratie. nec vlteriꝰ caritatem habere
pñt: de quoꝝ fide dr̄. Jacobi. ij. Tu
credis quia vnus eſt deꝰ bene facis
et demones credunt ⁊ ↄtremiſcunt.
Si aũt fides non eſt ꝑſeuerans et fir
ma habent puſillanimitatē ⁊ iſta eſt fi
des fideliũ de qua dr̄ Mat. xiiij. Mo
dice fidei quare dubitaſti Lu. viij. Ad
tempꝰ credunt et in tp̄e tentationis

recedūt. His tribꝰ modis fides iſtius
mulieris fuit magna. Fuit etiā opibꝰ
caritatis ꝯiuncta qꝛ vacabat opibus
miſericordie inquātū ꝓ ipa orabat. ſu
it caritati admixta. Uera em̄ caritas
aliena incōmoda reputat ſua. vñ iſta
mulier vexationē filie ſue ſuā ꝓpriam
reputabat Fuit aūt ꝑſeuerās ⁊ firma
qꝛ ſepe repulſa fuit et tñ ſemꝑ ꝑſeue/
rauit. Tercio aſſumpſit humilitatē q̄
fuit mater. dicit em̄ Berñ. ꝙ btā v̄go
⁊ ſi ex v̄ginitate placuit. tñ ex hūilita
te ꝯcepit quātūcunqꝫ eſſet v̄go ſi hu/
milis nō fuiſſet deū nō ꝯcepiſſet. ⁊ qꝛ
ex humilitate ꝯcepit. ideo ipa humili
tas quodāmō mater xp̄i fuit. iſtā hui
litatē iſta mulier habuit ſecū. ⁊ idō ex
audiri meruit iuxta illō ps̄. Reſpexit
in orōez humiliū ꝛc̄. ꝙ humilitatē ſecū
habuit iſta oñdit exēplo v̄bo ⁊ facto
exēplo qꝛ xp̄m humiliter adorauit v̄
bo catellū aſſeruit. qꝛ inter iudeos hu
militer ꝯuerſabat. qd̄ fuit magne vir
tutis cū iudei eſſent ſuꝑbi. Inter ſuꝑ
bos em̄ hūiliter ſcire ꝯuerſari magna
v̄tus eſt. Duo em̄ hūiles ⁊ manſueti
pñt adinuicē pacificari. duo āt ſuꝑbi
nunqꝫ pñt pacificari adinuicē nec cō
uenire: Uidemus em̄ ꝙ duo corꝑa
plana pñt adinuicē applicari. Unū āt
corpꝰ ſpericū ⁊ vnū ꝯcauū adinuicē
applicari pñt. qꝛ corpꝰ ꝯcauū recipit
in ſe ſuā ꝯcauitatē ⁊ alterius tumorē
Duo em̄ corꝑa ſperica adinuicē appli
cari nō pñt niſi i pūcto eodē mō duo
hoīes humiles ⁊ māſueti adinuicem
pñt letari. vñ ps̄. Audiāt māſueti et
letēt. xp̄s fuit humilis: diſcipli et em̄
fuerūt hūiles. Iſta āt mulier idō ⁊ ad
inuicē bñ ꝯueniebāt ⁊ xp̄s eius ꝑces
exaudiebat. vnꝰ aūt humilis ⁊ vnꝰ ſu
perbꝰ pñt adinuicē pacificari. qꝛ hūi
lis intra ſuā humilitatē recipit ⁊ ſup/
portat alterꝰ tumiditatē. Ps̄. Cum
his q̄ oderūt pacē erā pacificꝰ. eodē
mō iſta mulier chananea erat hūilis
⁊ iudei ſuꝑbi q̄ ſubiūgauerūt eā in ſer
uitutē. et tñ cū eis ſciebat viuere ⁊ eo
rū ſuꝑbiā humiliter portare. Duo āt
ſuꝑbi ad inuicē pacificari nō pñt niſi
in pūcto: pūgere q̄dē pñt pacifice āt
viuere nō pñt Prouer. xiij. Iter ſuꝑ
bos ſemper iurgia ſunt.

Dominica oculi. Ser. xix.

Erat ieſus eijciēs demoniū
⁊ illud erat mutū Luce. xi.
Notare debemꝰ ſcḋm curſuꝫ
nature ꝙ res diuerſoꝝ ꝯtrarioꝝ ſil' ⁊
ſemel in ſe ſtare nō pñt vt aq̄ et ignis
lupus ⁊ ouis. aīa ⁊ dyabolꝰ. qꝛ ibi eſt
ꝯtrarietas. ideo hō cogitās ſe hr̄e lu
pū. i. dyabolū debet ſibi ſuū nidū de/
ſtruere ꝑ pñiam tūc fugit ne occidat
ouē. i. aīam. Item ſi ſenſerit ignē ꝯcu
piſcētie debet extinguere aq̄ lacrima
rū ⁊ ꝑ elemoſinaꝝ largitionē. qꝛ ſicut
aq̄ extinguit ignē tꝑalem. ita etiā ele
moſina extinguit pctm̄ ꝛc̄. Itē ſi cogi
tat dānum qd̄ lupꝰ ⁊ ignis pñt ſibi in
ferre debet feſtinare ad xp̄m vt ab eo
ſeparet. ⁊ ideo hoīes hn̄tes hoīem in
firmū ⁊ obſeſſum feſtinabāt ad xp̄m:
⁊ de hoc in euāgelio dicit dñs noſter
ieſus xp̄s ⁊ hō volēs nos oēs ſaluare
in aīa ⁊ corꝑe p̄dicabat regnū dei et
multa ſigna fecit. Qd̄ ꝑcipiētes ami
ci cuiuſdā hoīs obſeſſi ⁊ ſpm̄ malignū
hn̄tis mutū. q̄ hoīem illū fecit mutū
⁊ ſurdū rogabāt amici eiꝰ vt ſanaret
eū. ⁊ ipe eiecit demoniū ⁊ locutus eſt
mutꝰ ⁊ admirati ſunt turbe. Quidā
aūt q̄ circūſtabāt dixerunt. In beelze
bub principe demonioꝝ eijcit demōia
⁊ alij tentātes ſignum d̄ celo q̄rebāt

ab eo. ipſe aũt vt vidit cogitatiões eoꝝ
dixit illis in ꝑabolis. Omẽ regnũ i ſe
diuiſum deſolabit᷑ et ſic domꝰ ſupra do
mũ cadet. Si aũt et ſathanas diuiſꝰ
ẽ quõ ſtabit regnũ ſuũ. qꝛ dicitis me
in ꝑtãte beelzebub eijcere dyabolũ.
¶ Si ego in ꝑtãte dyaboli eijcio demo
nia. filij vr̃i. i. ſancti apl̃i q̃ ſunt d' ſemi
ne vr̃o in quo eijciũt ipſi qbꝰ ego dedi
ꝑtãtem eijcere demones. ergo qꝛ ipſi
credũt in me ⁊ vos nõ creditis mihi:
idõ ipſi iudices erũt vr̃i in die iudicij
ꝓrro: i. certe ſi ego in digito dei ⁊ in
ꝑtãte diuina ego eijcio demonia, ꝑfe
cto. i. merito ꝑuenit ꝯtra vos regnũ
dei ita ꝙ nũq̄ȝ intrabitis. Itẽ alia ꝑa
bola. Cũ fortis armatꝰ cuſtodit atri/
um ſuũ ſcȝ domũ in pace ſunt oĩa que
poſſidet in illo. ſed ſi fortior illo ſuꝑue
nerit et vicerit eũ aufert vniuerſa in
qbus ꝯfidebat ⁊ ſpolia eiꝰ diſtribuet
ita q̇ nõ ẽ mecũ aduerſuȝ me ẽ ſic vos
phariſei eſtis: ⁊ q̃ nõ colligit mecũ di
ſpergit ſic dyabolꝰ. Itẽ alia ꝑabola.
Cũ imũdꝰ ſpũs exierit ab hoĩe ꝑ peni
tentiã expellẽdo eũ ãbulat tũc ꝑ loca
arida q̃rens reqẽm in penitẽtibꝰ ⁊ in
abſtinẽtibꝰ ⁊ ieiunãtibꝰ ſed nõ inueit
ibi requiẽ dic̃. Reuertar i domũ meã
vñ exiui. ⁊ cũ venerit inuenit eã ſcob
bene mundatã ⁊ ornatã. ⁊ tũc vadit
⁊ aſſumit. vij. alios ſpũs neqores ſe ⁊
ingreſſi habitãt ibi et nouiſſima hoĩs
hꝰ fiũt peiora ꝓoribꝰ. ⁊ iſta ꝑabola eſt
d' iſtis q̇ nõ mũdant ſe ab oĩbꝰ pctĩs ꝑ
ſcobã ꝯfeſſiõis. ⁊ pꝰ feſtũ paſche cadũt
i ſeptẽ pctã mortalia q̃ ſunt peiora q̄ȝ
dyabolꝰ. qꝛ oẽs dyaboli nõ pñt vnã
aĩam ꝑdere in gehennã. ſi hõ eſſet iu/
ſtus ⁊ tñ vnũ pctm̃ mortale ꝑdit aĩaȝ
eternaliter: ⁊ ideo ait. hi ſeptẽ ſunt ne
q̇ores dyabolo. Cũ aũt hoc ſingũ vi
dit ⁊ ꝑabolas eiꝰ quedã mlr̃ marcilla
noĩe q̃ fuit miſtra marie magdalene.
extollẽs vocẽ de turba xp̃m laudãdo
dicẽs. Beatus vẽter q̇ te portauit et
vbera q̃ ſuxiſti. at ipſe dixit Quinymo
. i. potiꝰ ſunt beati q̇ audiunt v̇bũ dei
⁊ cuſtodiũt illud oꝑe adimplẽdo Ad
thema. Erat ieſus eijciẽs demoniũ ⁊
illud erat mutũ Nota q̃tuor ſunt de/
mões q̇ eijciũt᷑ q̃tuor v̇tutibꝰ: Priꝰ
vocat᷑ aſmodeꝰ ⁊ ille eſt demon luxu
rie ⁊ expellit᷑ ꝑ caſtitatẽ. Scõs voca
tur beelzebub et iſte ẽ demon gule et
expellit᷑ ꝑ mortis meõriã. Tertius ẽ
mãmon et iſte eſt demon auaricie et
eijcit᷑ ꝑ miſcdiam Quartꝰ eſt demon
ſuꝑbie ⁊ dr̃ lucifer, ⁊ eijcit᷑ ꝑ hũilitatẽ
qꝛ vt dr̃. Cõtraria ꝯtrarijs curantur
Primꝰ demon vocat᷑ aſmodeꝰ ⁊ ille
eſt demon luxurie. d' quo dr̃ i li. Tho
bie. vbi in figura legimꝰ ꝙ erat qdaȝ
vir hñs pulcrã virginẽ noĩe ſarã quã
tradidit cuidã iuueni in matrimoniũ
⁊ in ꝓima nocte venit aſmodeꝰ demõ
⁊ occidit viꝝ l' iuuenẽ poſtea tradidit
eã alteri ⁊ fecit ſilr̃ aſmodeꝰ. ⁊ poſtea
tercio. et ſic ſeptẽ viros iugulauit et
v̇go ſara ꝑmanſit. Tandẽ tradidit eã
iuueni thobie. q̇ ex ꝯſilio angeli in pri
ma nocte cũ v̇gine ſurrexit ⁊ ãbo ora
uerũt iecur piſcis ſuꝑ ignẽ poſuert̃ et
aſmodeũ eiecerũt. Ita ꝑ ſarã v̇gineȝ
pulcrã ſpũaliter nota aĩam deuotã q̃
ẽ ſine pctõ mortali pulcra eſt ⁊ tradit᷑
a xp̃o p̄re ſeptẽ bonis cogitatiõibꝰ vt
ꝑueniat ad ꝑfectũ ſtatũ vite ꝯtẽplati
onis: ſȝ aſmodeꝰ ſemꝑ interficit vt nõ
ꝑducat ad finẽ. Prima cogitatio bo/
na eſt qñ aĩa habet bonã voluñtatẽ bñ
faciendo recte viuẽdo deo ſuiẽdo ꝑ
quã bonã voluntatẽ pax dei dat᷑ vtȝ
Lu. i. Et in terra pax hominibus bone

volũtatis tunc ſtatim adeſt aſmodeꝰ
interficiẽs iſtã bonã cogitationẽ. alia
ſibi ingerẽdo. Scd̃a bona cogitatõ ẽ
ꝯtritionis ꝓ pc̃tis cogitans. ecce tu
deũ offendiſti ideo habeas ꝯtritionẽ
Jere. Velut mare ꝯtritio tua. tũc ſta
tim adeſt aſmodeꝰ dicẽs. Quare vis
hoc facere cũ ſenueris tunc ꝯtritionẽ
habeas ⁊ i extremis. Nã latro in cru
ce ſaluatꝰ ẽ. Tercia bona cogitacio ẽ
quã tradit ei xp̃us virtꝰ ꝯfeſſionis vt
hõ ꝯfiteat̃ oĩa pctã ſua q̃ ſcit cogita/
re ſtatim adeſt aſmodeꝰ ſuggerẽs. q̃re
tu velles p̃ſbitero reuelare tua occul
ta ex quo tu nõ vis dimittere ⁊ ſtatim
ĩterficit Quarta v̉o cogitatõ tradita
eſt aĩe vt bona exẽpla p̃beat ne alius
ab eo ſcãdalizet̃. ſtati adeſt aſmodeꝰ
dicẽs. Quare tu ñ exhibes te vt pla
ceas hoĩbꝰ ſi te nimis hũilias ꝓ ſtulto
reputaberis Quita bona cogitatõ ẽ
vt hõ cogitet ꝙ deo ⁊ ꝓximo ſatiſfaciat
tũc ſtati adeſt aſmodeꝰ di. Si tu oĩa
reſtituas tũc nullꝰ dat tibi aliqͣ meli
us ẽ vt retineas illa q̃ habes. Sexta
cogitatio bona quã tradit xp̃s aĩe eſt
aſſiduitas orõnis. vñ cũ aĩa cogitat
tu debes orare. tũc ſtatim adeſt aſmo
deus dicẽs. Si multũ oraueris i ca/
pite debilitaris ⁊ ſtati interficit Sep
tima bona cogitatõ aĩe quã tradit d̃s
eſt bonoꝝ v̉boꝝ iformatio. ea hoc co
gitante ſtati adeſt aſmodeꝰ infundẽs
v̉ba detractiõis adulatiõis deceptio
nis ⁊ iuratõis. ſꝫ tũc aĩa deuota debꝫ
ſurgere ⁊ orare ⁊ iecur ſuꝑ ignẽ pone
re. i. caſtitatẽ q̃ ꝑ iecur intelligit̃ ſuꝑ
ignem diuini amoris ponere ⁊ fugit
aſmodeꝰ et aĩa tradit̃ xp̃o ⁊ deſpõſat̃
vñ ait. Apl̃s ad Cor. Deſpondi vos
vni viro v̉ginẽ hr̃e. i. v̉ginitatẽ ſeruare
xp̃o q̃ diligit caſtos. q2 caſtitas flos ⁊

filiꝰ eſt ⁊c̃ Scd̃s demõ vocat̃ beelze/
bub et iſte ẽ demon gule oẽs guloſos
diligẽs et ſuꝑ eos dñans et iſte expel
lit̃ ꝑ mortis memoriã de quo legimꝰ
figurã Dañ. i. Daniel intrauit tẽplũ
ĩ quo erat demoniũ beelzebub et ibi
erat mẽſa añ ſimulacꝝ vbi offerebãt̃
oues ⁊ farina ⁊ vinũ ⁊ aliq̃ hoĩes ſcꝫ
ſacerdotes fecer̃t ſubterraneas foue
as ꝑ q̃s de nocte intrabãt tẽplũ ⁊ de
uorabãt d̉ mẽſa ⁊ dixer̃t ꝙ beelzebub
deuoraret tũc ait daniel ad p̃ncipem
Iſte beelzebub nõ deuorat iſta ſꝫ fui
tores ſui ⁊ volo hoc ꝓbare. d̉ ſero ob
tulit iterꝝ p̃nceps ſuꝑ menſam beelze
bub ⁊ daniel accepit cinerẽ album ⁊
ſparſit circa menſã ⁊ clauſit tẽplum.
Venit igit̃ mane princeps cũ daniele
ad tẽplũ ⁊ inuenit veſtigia in cinere al
bo ſuꝑ pauimentũ ⁊ ſeq̃bat̃ veſtigia
donec inuenit. lxx. viros q̃ fuer̃t fuito
res beelzebub ⁊ d̉uorabãt iſta quos
oẽs p̃nceps occidit ⁊ beel deſtruxit ⁊
demõ fugit. Ita ſpũaliter oẽs potato
res ac ſubſtãtie paupeꝝ deuoratores
ſunt furtores demõis beel vel ydoli
Venit igit̃ daniel ꝓpha. i. predicator
ſternẽs ſuꝑ pauimẽtũ cinerẽ. i. meõriã
mortis p̃dicãdo. q2 hõ cinis ẽ ⁊ i cine
rẽ ſpargit̃ corpꝰ ſcꝫ pꝰ mortẽ. ⁊ inuenit
hõ in oĩbꝰ veſtigijs eiꝰ nihil niſi cine
rẽ. ⁊ cũ hõ ſe recolẽs cinerẽ mẽſam de
uoratiõis ſubſtãtie paupeꝝ ⁊ beel de
ſtruit. i. gulã ⁊ dyabolꝰ fugit ſꝫ illos q̃
deuorãt de menſa beelzebub cũ vene
rit p̃nceps iuſticie occidit oẽs. ⁊ ergo
meliꝰ ẽ nobis ꝙ fugiamꝰ ⁊ eijciamus
demonẽ illũ ꝑ abſtinẽtiã ⁊ ieiuniũ vñ
dic̃ Augꝰ. in quodã ſer. Ieiuniũ men
tẽ purgat leuat ſenſuꝫ corꝑ facit ꝯtritũ
⁊ expellit dyabolũ. ⁊ hõ ſic fit templũ
dei q̃ fuit templũ beelzebub ꝑ gulam

Tercius demõ vocat̾ mãmon et iſte eſt demon male auaricie regnãs ſupꝛ oẽs auaros. vñ ait dñs in euangelio: Facite vobis amicos ð mãmona iniq̃tatis. i. de iniuſtis rebꝰ q̃s adq̃ſiuiſtis ꝑ vſurã ꝑ ſymoniã ⁊ ꝑ auariciã. hꝰ legimꝰ figurã Exo. xxxij. Moyſes aſcendit i mõtẽ ⁊ erat ibi. xl. diebꝰ ⁊ tot noctibꝰ. interim fecerũt filij iſrael vitulũ de auro ⁊ argẽto et ab vno accepert̃ anulũ. ⁊ ab alio circulũ ⁊ ð oibus colligebãt auꝝ ⁊ argentũ ⁊ poſuert̃ ſupꝛ altare ſtatuã ⁊ vt deũ adorauerũt Et cũ moyſes deſcendit de mõte in coꝝ ꝑſentia fecit puluerẽ. ð eo quẽ ꝓiecit i aquam ⁊ dedit pecoribꝰ ⁊ ipis bibere Ita ſpũaliter magnates filioꝝ iſrl̾ ſũt diuites hꝰ mõi q̃ a paupibꝰ recipiũt qð ſupflue ꝯgregãt. et ornamẽtũ qui hꝰ ydolũ mãmone corpis ſui adorãt qꝛ plꝰ ſtudẽt ꝯgregare q̃ȝ deũ adorare ⁊ ideo ait Apls: Auaricia eſt ydoloꝝ ſuitꝰ. Cũ igit̾ xp̃s deſcẽderit ð monte eterno iudicare viuos ⁊ mortuos vt ſup hos diuites ſuam exerceat iuſticiã tũc hũc vitulũ. i. corpꝰ tradet in puluerẽ. ⁊ pecuniã ꝑ paupibꝰ negataȝ demões in ignẽ mittũt ⁊ ꝯflãt. ⁊ miſera aia bibet eã. vñ tunc clamãt demones ⁊ in os anie auꝝ ⁊ argentũ i igne liquefactũ fundunt Bibe mõ bibe tu auꝝ ⁊ argẽtũ qð ſp ſitiſti vñ Gregꝰ. ſup Mat. Eijcient̾ in tenebras exteriores ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dentiũ. dicĩ fletꝰ q̃ venit ð ardoꝛe ſtridoꝛ dentiũ a frigore vbi duplex pena auaris dat̾ Iſte igit̾ demõ mãmon expellit̾ per vij. opa miſcdie ſcȝ ꝑegrinos hoſpitãdo captiuos redimẽdo. nudos veſtiendo. ſitiẽtes potãdo. ⁊ infirmos viſitãdo ⁊c̃. ⁊ ſic ſtabit hõ ſecurꝰ cum xp̃s deſcẽderit de mõte iudicaturꝰ Quartus demon vocat̾ lucifer ⁊ iſte eſt demon ſupbie ⁊ expellit̾ ꝑ v̾tutẽ hũilitatis qꝛ nullo mõ pt̃ dari melioꝛ medicina infirmo a frigiditate niſi caliditatis medicia. qꝛ ꝯtraria ꝯtrarijs curãtur. qꝛ pctm̃ ſupbie ſumpſit exordiũ ab illo demõe lucifero. ð quo ait Iſa. dixit lucifer. Aſcendã ſupꝛ altitudinẽ nubiũ ⁊ ſilis ero altiſſimo: ideo q̃nto maioꝛẽ ſe reputauit et altioꝛẽ. tanto vilioꝛẽ ſupbia eũ deiecit. ⁊ ideo ipẽ ẽ rex ſup oẽs ſupbos ferẽs tres malas coronas q̃s dabit ſuis ſuitoribꝰ. vñ romani depingebãt ſupbiã ad modũ dyaboli hñtis tres coranas. in ꝑma ſcribebat̾ trãſcẽdo. in ſcd̾a nõ obedio in tercia ꝑturbo. ⁊ vna corona fuit ſuper aliã. q̃re ad modũ dyaboli: qꝛ dyabolus lucifer erat angelꝰ. ſed ꝓpter ſupbiã deiectꝰ. id̾o ve corone ſupbie In ꝑma corona fuit ſcriptũ trãſcẽdo qꝛ ſupbꝰ hõ credit ſe tranſcẽdere ſupꝛ oẽs hoies totius mũdi vtȝ in li. Machab. de ãthiocho rege q̃ credebat ſe impare vẽtis ⁊ fluctibus maris ⁊ altitudines montiũ in ſtatera põderare et aſtra celi aſcendere. ⁊ cito venit ad tantã miſeriã q̇ fuit eiectus de exercitu ſuo ⁊ nemo poterat fetorẽ eiꝰ tolerare. ⁊ ideo iſte ꝑmã coronã a dyabolo ꝓmeruit. In ſcd̾a corona fuit ſcriptũ nõ obedio: ⁊ rõ eſt qꝛ ſupbꝰ nulli vult obedire nec ſupioꝛi nec iferioꝛi vtȝ. iij. Reg. de filijs ſalomonis q̇ nolebãt obedire mãdatis ſupioꝝ ſȝ ſupbe dixert̃ Minimꝰ digitꝰ nr̃ groſſior eſt toto dorſo patris. ⁊ ideo deſpecti fuerunt ab omi ꝑplo ⁊ alios ꝑncipes elegerũt Itẽ hoc patȝ ð ſaul q̇ noluit obedire mãdatis dei. id̾o fuit eiectus a regno. ⁊ iſte ꝓmeruit ſcd̾am coronã ꝑñi ſui dyaboli. In tercia corona fuit

ſcriptū ꝑturbo et ratio eſt. qꝛ ſupbia
vnius hoīs ſepe ꝑturbat totam regi
onē vt patet ď quodā qui ꝑturbauit
totā regionē filioꝝ iſrael qꝛ omnes le
uauerūt manus et clamauerūt ꝯtra
eum ad deū. qđ patet in. ij. li. Mach.
ca. iij. et ideo iſte terciam coronā pro
meruit. et ſupbi inobedientes hoīes
ꝑturbantes in oībus excedentes ꝑ
merent̄ ⁊ ideo vnuſquiſqꝫ debet ipm
expellere ꝑ humilitatem. et ergo quo
ad thema. Erat ieſus eijciens demo/
niū et illud erat mutū

Dominica letare.

Sermo. xx.

Cum ſubleuaſſet oculos ie/
ſus et vidiſſet turbam ⁊c.
Joh. vi. Nota ꝙ i curijs dn̄oꝝ bene
ordinatis vbi maxima debet ꝯmede
re multitudo requirunt̄ tria Primo
ꝓuidentia ď neceſſarijs. qꝛ ꝓuidētia
eſt virtus que ꝓcurat de futuris con
tingentibꝰ. ideo ait ꝓuer. Sapiens.
O piger vade ad formicā diſce ab ea
prouidentiā que colligit in eſtate vn̄
viuat i hieme. Scd̄o debet eſſe ordo
ſeruictiū. Nam ſeruitores qn̄ ſunt in
telligentes tūc principes in hoc lau/
dant̄. Tercio requirit̄ ordinatio ſe/
dentiū vt vnuſquiſqꝫ ſedeat ſcd̄m di/
gnitatē ſuā. vt pꝫ in Gen̄. de ioſeph.
qui poſuit frēs ſuos ſcd̄m dignitatem
primogeniture ita fecit xp̄c princeps
noſter volens cibare maximā multi/
tudinem fecit ꝓuidētiam. qꝛ vt dicit
Euangeliſta. ipe aūt ſciebat qđ eſſet
facturus Item habuit etiā ordinē ſer
uientiū ſibi. qꝛ ſuos duodecim apl'os
Item loci eminentiā iuſſerūt eos or/
dinate ſedere et de hoc legitur in hoc
euangelio. Abijt ieſus trans mare
galilee qđ eſt in regione tiberiadis et
fuit cōgregatio aquarū inter montes
et circa iacebāt decem ciuitates. et ſe
quebat̄ eū maxima multitudo que vi
debant ſigna ſup his qui infirmabāt̄
quos oīs curauit: Subijt igit̄ ieſus
in montē. i. aſcendit in montē et ibi ſe
debat cū diſcipulis ſuis Erat aūt pro
ximū paſcha dies feſtus iudeoꝝ: Cū
ſubleuaſſet oculos et vidiſſet qꝛ mag̃
multitudo veniebat ad eū dixit ieſus
ad philippum. Unde emem' panes
vt manducēt hij, volens eū tentare.
ipe eīm ſciebat qđ eſſet facturꝰ. reſpō
dit ei philippus. Ducētoꝝ denarioꝝ
panes nō ſufficiūt eis! vt vnuſquiſqꝫ
modicū quid accipiat. dicit ei vnꝰ ex
diſciplis eiꝰ andreas frater ſymonis
petri. eſt puer vnꝰ hic q̄ hēt quiqꝫ pa
nes ordeaceos et duos piſces ſed qđ
ſunt inter tātos. dixit ergo ieſus Faci
te hoīes diſcūbere Erat aūt fenū mul
tū i loco Diſcubuert̄ ergo viri nume
ro qſ̄i quiqꝫ milia. Accepit ergo ieſus
panes et cū grās egiſſet diſtribuit di/
ſcūbentibꝰ qn̄tū volebāt. Ut aūt im
pleti ſunt dixit diſciplis ſuis Colligite
que ſupauerūt fragmēta ne pereant.
Collegerūt aūt ⁊ impleuerūt xij. co/
phinos fragmētoꝝ ex quiqꝫ panibus
ordeaceis q̄ ſupfuerūt his q̄ māduca
uerūt Illi ergo hoīes cū vidiſſent qꝛ
fecerat ſignū dicebāt. qꝛ hic eſt vere
ꝓpheta q̄ venturꝰ eſt in mūdm quo ad
thema. Cū ſubleuaſſet ocl'os ieſus. ex
quo v̉bo ē ſciēdū ꝙ exēplo xp̄i dēmꝰ
oculos nr̄os quattuor mōis ad celū
leuare. Primo vt filij famelici ad prēꝫ
in quo ſpamꝰ. Scd̄o vt ꝓfugi i mōtē
ad quē ꝯfugiamꝰ. Tercio vt ꝑſecuti

in liberatorem in quē cōfidam⁹ quar
to vt triſtes in cōſolatorē in quē gau
deamus. et hec quattuor tangunt in
officio miſſe hodierne. de p̄io velut
in patrē dicit euāgeliū: de ſcđo velut
in montem dicit tractus. de tercio ve
lut pſecuti dicit epl'a. de quarto velut
triſtes in conſolatorē dicit introitus
miſſe Letare ir'lm et conuentū facite
omnes ꝛc̄. Primo debemus oculos
noſtros ſubleuare ad deū patrem ve
lut pueri famelici. i: eſurientes ad pa
rentes. vnde videm⁹ q̄ oīm̄es pulli
tam animaliū q̄ȝ hoim cum famē ſuſti
nent recurrūt ad parētes ſicut patet
Piere. Pueri pecierūt panem et nō
erat qui frangeret eis illum panem.
Item pſ. Qui dat iumentis eſcam
ipoꝝ et pullis coruoꝝ inuocantibus
eū. Sup illa verba dicit glo. q̄ pulli
coruoꝝ paſcantur rore celi q̄ȝdiu plu
me eoꝝ nō creſcunt nigre. nam cū pa
rētes vident pullos ſibi nō aſſimilari
nō paſcunt eos donec videant q̄ eis
aſſimilant: ⁊ ideo interim leuant ocu
los ⁊ roſtra ad deū patrem qui paſcit
eos rore celi. Iſte aūt pater paſcit ſuā
familiā hoim quinq̄ȝ panib⁹ vt patet
in euangelio hodierno Prim⁹ eſt pa
nis pn̄ie et cum illo paſcit omnes qui
agūt penitentiā ꝓ pctīs Eccl'. Panē
tuū comede in amaritudine aīe tue. ⁊
iſta amaritudo ꝓuenit ex recordatōe
peccatoꝝ q̄ fecit De quo ait pſ. Re/
cogitabo tibi omnes annos meos in
amaritudine aīe mee Scđs eſt panis
ſacramētalis quo paſcit quotidie de
altari oīm̄es fideles ⁊ omnē familiam
ſuā ſcȝ angelos ad quoꝝ honorē et le
ticiā talis panis benedicit et ipi ſunt
p̄ſentes. et de iſto pane ſilr oīm̄es aīe

in purgatorio exn̄tes recreāt q̄ eoꝝ
pena minuit. et hoies ſine pctō mor/
tali exn̄tes ſunt pticipes. et ideo frāg
git ſacerdos ſacramentū in tres ptes
et oīm̄es aīe oīm̄es angeli et oīs fide
les de vno pane et de vno calice par
ticipant. Tercius eſt panis material'
qui quotidie paſcit totū mūdū ⁊ iſte
panis non ſilr comedit. Aliqui come
dūt in menſura ⁊ dolore. aliqui come
dunt in magna ſupfluitate et irrident
deū patrē De quib⁹ habet Exo. Se
debat popul⁹ manducare et ſurrexe
rūt ludere deū blaſphemādo et ideo
ira dei deſcendit ſup eos. Iſte panis
materialis debet quotidie a patre pe
ti deuote dicēs. Panē noſtꝝ quotidi
anum da nobis hodie ꝛc̄. Panis iſte
debet adquiri labore manuū noſtra/
rum vt patet in Geñ. cū adam fuit ex
pulſus de paradiſo dixit ad eū dn̄s:
In ſudore vultus tui veſceris pane
tuo. De iſto pane debet homo ꝓpter
honorē p̄ris celoꝝ paupib⁹ dare ele
moſinā. vt ait Thobi. Nunq̄ȝ come/
di panē meū niſi paup haberet partē
ſuam. Quartus panis eſt infernalis
quē comedūt omnes damnati quem
pinſunt alias piſcant hic in peccatis
ac ibi comedūt eum. De iſto pane ait
Sap. puer. iiij. Comedēt panē impie
tatis et bibēt vinū iniq̄tatis oēs pec/
catores terre. Quintus panis eſt pa/
nis celeſtis et illū panē comedunt ele
cti in menſa p̄ris altiſſimi. De quo ait
dn̄s Mat. ego diſpono vobis regnū
vt edatis ꝛc̄. ⁊ hoc fit qñ videm⁹ deū
ocl'o ad oculū quē nūc videm⁹ p ſpe
culū. Ideo debem⁹ p̄io ad deū ocl'os
ſubleuare ſicut filij famelici ad p̄rem pa
nē petētes Scđo d'bem⁹ ocl'os ſuble

uare ad deū vt ꝓfugi ad montē i quē
fugiamꝰ. vñ videmꝰ ꝙ qñ homo eſt
in terra inimicoꝝ et vndiqꝫ vallat᷑ et
videt altū montē et caſtꝝ forte in eo
cogitat vtinā eſſes in tali monte tūc
velles bene effugere manus inimico
rū: ita nos ſcū ſumꝰ in terra malaꝝ co
gitationū debemꝰ igit᷑ leuare oculos
mentis cū fiducia cordis ad montem
eternitatis. ſicut hodie canimꝰ in offi
cio miſſe Qui cōfidūt in dño ſic mōs
ſyon nō cōmouebit᷑ in eternū. qui ha
bitat in hieruſalē ciuitate celeſti, vbi
nullus dolor vbi nulla mors vbi nul
la diſcordia vbi nulla ſenectus. Debe
mꝰ igit᷑ ad deū oculos leuare vt mit
tat nobis auxiliū ps. Leuaui oculos
meos in montes vñ veniet auxilium
mihi. Auxiliū meū a domino ꝛc. De
quo legimꝰ hyſtoriā in li. de picturis
ꝙ erat quidā rex potens et diues ha
bens duas ciuitates vnā in tuto et al
to monte et aliā in valle ab inimicis
vallatā et habuit duos filios vnꝰ ha
bitabat cū patre in tuto monte. alius
in valle obſeſſa. leuauitqꝫ oculos fili/
us in valle et clamauit ad patrē pro
auxilio et pater ſcripſit quattuor lr̄as
Prima erat pctm̄ et immunditiā re/
linque ꝛ honeſtatē aſſume ꝛ ſtatim te
liberabo Scd̄a litera erat talis Dili/
ge deū tuū ex toto corde tuo. qm̄ ad
ſilitudinē ſuā te creauit. Tertia litera
erat. ſine amore non poteris ſaluari
ꝓpter carentiā em̄ amoris hō perit.
Quartā literā miſit ſibi ꝑ ꝓpriū filiū
quē habuit apd̄ ſe. et tenor litere erat
talis. De omībus tuis nihil peto niſi
vt me diligas ſicut tuū germanū. Ad
ꝓpoſitū. ille rex diues eſt deꝰ pater q̄
habet ciuitates videlicet celi et mūdi
vna ꝛ tuta i alto loco ſcꝫ mōte ad quē
oclos nr̄os ſubleuare debemꝰ ꝛ auxi
lium petere. hic habuit duos filios ſcꝫ
ieſum xp̄m ꝛ humanā naturā in mūdo
Nunciauit ig᷑ eos pr̄ hūane nature ꝑ
tres nuncios. Primꝰ fuit abraam pa
triarcha cui mādauit ſic vt tenet prīa
litera pctm̄ et immundiciā fuge ꝛ hoc
fecit et filij eius ad multa tp̄a Scd̄us
nūcius fuit moyſes et ille fuit cū dño
in monte ſynai ꝛ accepit tabulā quaſi
lr̄aꝫ ſcriptā digito dei viui et ille prio
nunciauit legē dilectiōis. qꝛ ad imagi
nem dei creatꝰ eſt. vt patꝫ in Geñ. i.
Terciꝰ nuncius fuit hieremias ꝓphe
ta quē deus ſanctificauit in vtero ma
terno qui dixit Sine amore nō pote
ris ſaluari ꝓpter carentiā cuiꝰ homo
perit. Quartā lr̄am miſit ſibi ꝑ ꝓpriū
filiū ſuū de monte eterno qui ip̄m ho
minē redemit ſuo ꝓprio ſanguie ꝛ ille
erat tenor ſue litere de oibꝰ nihil aliđ
peto niſi vt me diligas ſicut tuū ger/
manū et ſic eſt ꝙ debemꝰ oculos ſub
leuare ad deū ſicut ꝓfugi ad montem
in quē fugiamꝰ. Tercio debemꝰ ocu
los ſubleuare vt ꝑſecuti in liberatorē
in quē ſperamus Videmꝰ nāqꝫ ꝙ ho
die paupes iuſti et ſimplices a malis
ꝑſequūt᷑ diuerſimode velut verꝰ he
res filiꝰ abrae a ſpurio iſmahele verꝰ
heres eterni regni eſt iuſtꝰ et iđ eijcit᷑
ſpuriꝰ filiꝰ ancille et hoc oñdit ep̄la
hodierna q̄ ſumpta eſt đ geneſi ꝛ pau
lus ponit eā ꝓ exemplo ꝑſecutiōis iu
ſtoꝝ et ꝯdēnatiōe maloꝝ. đꝛ ꝙ abraā
habuit duos filios vnū de ancil la et
aliū de libera. i. de vxore ꝓpria ſꝫ cum
eſſent ambo puuli iſti pueri vcꝫ yſa ac
verꝰ heres ꝛ liber et iſmael ſpuriꝰ lu
ſerīt in domo ꝛ ſpuriꝰ ꝑcuſſit veꝝ he
redē qđ eiꝰ mr̄ moleſte ferēs et tollēs
filiū ſuū in gremium dixit ad abraam

Tu ꝓmiſiſti mihi qñ deus daret mihi filiū ꝙ tu velles eijcere ancillã ⁊ filiū ei⁹ qꝫ fili⁹ ancille nõ debet eſſe heres cū filio libere tūc abraã dixit ad ancillã tolle filiū tuū ⁊ vade d' domo mea et dedit ei cibaria ꝓ via. Que iuit in deſertū et voluit ire in egiptum et errauit in deſerto et nõ habuit aquam nec aliquid ad bibendū ꝑ triduū Ita fuit deſperata ꝓpter penuriã aque ꝙ voluit relinquere filiū ibi ſub arbore et recedere. ſed puer clamabat poſt matrē. et mota ſunt materna viſcera. et reuerſa ad puerū et lacrimata eſt ⁊ leuauit oculos ad deū et orauit. Tūc miſit angelū ſuū qui eduxit eã ad fontem in deſerto et ibi habitauit ad multos annos et fili⁹ accepit vxorem de egipto et creuit in gentē magnã ⁊ iſti dicebant' iſmahelite et iſti ſemꝑ ꝑſeq̄bantur filios abrae qui fuerunt veri heredes: Et iõ dicit apl's. in hac epl'a Ita ⁊ nūc oĩs iuſt⁹ ⁊ penitēs eſt verus heres ſed iuſti et boni veri heredes a ſpurijs. i. a peſſimis ꝑſequuntur. ſed veniet hora i die iudicij ꝙ ancilla et filius eius eijcient'. i. corpus ⁊ aĩa ad deſertū eterne damnatõis vbi ſuſtinēt ſitim ⁊ nõ habent aquã mie ⁊ verus heres iuſt⁹ et penitens manet in hereditate pr̄is. liberi ſum⁹ qua libertate xp̄c nos liberauit. idõ oĩs hõ qui eſt ſine peccato eſt liber et heres et oĩs peccator expellit'. idõ oĩs iuſt⁹ et penitēs ſi ꝑſequit' ſubleuet oculos ſuos ad dn̄m deū noſtrū et liberabit eū. Quarto dico ꝙ debemus oculos ſubleuare ad deū velut triſtes in ꝯſolatorem in quē gaudeam⁹ vt oſtēdit introitus miſſe Letare hieruſalē ⁊ cõuentū facite om̄es qui diligitis eã. et iſta leticia venit ex antiqua lege. quia hieruſalē fuit deſtructa poſtea reedificata et poſt captiuitatē reuocauit neemias omnē populū diſperſum ⁊ ait verbū ꝑ̄allegatum. Letare ir'l'm. Ita ſancti pr̄es hodie in roma vbi eſt mater toci⁹ eccl'ie ⁊ magna leticia ſpūalis qꝫ celebrat papa miſſam in eccl'ia que dicit' ad ſanctã crucem in hieruſalē) et poſt miſſam habet roſam de auro in quã infundit vinū cū balſamo ⁊ bibit. ⁊ tūc nobiles romani ſedent ante eccleſiã in equis ꝑcioſis ornati veſtimētis et nobiliori romano quē videt inter eos tribuit hãc roſam qui bibit et tribuit alijs et cū letitia equitant ꝑ totã ciuitatē et hoc inuenerūt ſancti pr̄es qꝫ ſicut eccleſia iam eſt in medio quadrageſime dēt ꝑ ſolacium ſpūale recreari. vt ait poeta Interpone tuis interdū gaudia curis. Vinū et balſamū ſignificãt xp̄m deū et hominē filium et ſpūmſanctū et aurum deū patrem. Ita tres ꝑſone in vnū ſicut aurum vinū et balſamus ergo letemur hodie ⁊ oĩs triſtis leuet oculos ad deum vt ipm ꝯſolet'. ergo ad thema. Cum ſubleuaſſet oculos ieſus ⁊c̄.

### Dominica in paſſione. Sermo: xxi.

IEſus aūt abſcõdit ſe Joh. viij. Nos videmus qñ aqua abundãs tranſit in anguſto meatu ſepe ex abundãtia excedit ſuū meatū. ⁊ ſi in vno obſtruitur in alio loco querit exitū. Ita ſpiritualiter homo plenus õmni malitia et dolo ſepe confundit' a iuſto. et ſi in vno cõfunditur et vincit' ꝑ veritatē querit aliam excuſatiõem. et ſi iterū

vincit tunc violenter inuadit iuſtum
Ita malicioſi iudei pleni omni dolo
et inuidia fuerũt p xp̄m ſepe victi et
confuſi et tũc aliam excuſatiõem et in
uentiõem inuenerũt ſed xp̄um vince
re nõ potuerũt. ideo violenter in ip̄m
irruere voluerũt ſed ip̄e ſciebat tp̄us
qñ pati pro nobis debuit et illud ad
huc nõ venit. ideo abſcondit ſe vt ptꝫ
in euangelio hodierno. In illo tp̄e
Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ et prin
cipibꝰ ſacerdotũ. Quis ex vobis ar
guet me de peccato. ſi veritatem dico
vobis quare nõ creditis mihi. qui ex
deo eſt verba dei audit. ꝓpterea vos
nõ auditis qꝛ ex deo nõ eſtis reſpon
derũt iudei et dixerũt ei. Nõne bene
dicimus nos qꝛ ſamaritanus es tu et
demoniũ habes reſpondit ieſus. ego
demoniũ nõ habeo ſed honorifico pa
trem meum et vos inhonoraſtis me.
Ego aũt nõ quero gloriam meã eſt q̇
querit et iudicet. Amen dico vobis.
ſi quis ſermonẽ meũ ſeruauerit mor/
tem nõ videbit in eternũ. dixerũt ergo
iudei. Nunc ſcimus qꝛ demoniũ hẽs
abraam mortuꝰ eſt et ꝓphete et tu di
cis. Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit
mortem nõ guſtabit i eternũ nunq̇d
tu maior es patre noſtro abraam qui
mortuus eſt et ꝓphete mortui ſunt.
tribuit eis benedictiōem. vnde in pſ̄
Aperis tu manū tuā et imples omne
animal benedictiōe. Jtem iſta manꝰ
tribuit gaudiū id eſt gaudij immenſi/
tatem. vnḋ ait aīa electa ſedens cum
deo in eternitate. Leua eius ſub capi
te meo: id ſiniſtra manus: et dextera
eius amplexabit᷑ me Jtem iſta manꝰ
tribuit electis honoris dignitatē. vn̄
petrus in cano ſuaꝭ Humiliamini ſub
potenti manu dei vt vos exaltet i tpe
viſitatiōis. id eſt in die iudicij. Jtē iſta
manus tribuit electis quietis ſecuri/
tatem. vnde dicit Sap̄. Juſtorū aīe
in manu dei ſunt et non tanget illos
tormentū malicie. et ſic patet ad the
ma. Vide manus meas vide manum
clementie. manum iuſticie. manū po
tentie ꝑcucientem. vide manum pie/
tatis dona tribuentem.

Dominica prima poſt octauas
paſche. Sermo. xxx.

Ego ſum paſtor bonus ⁊ co
gnoſco oues meas Johis.
x. Paul⁹ apl's doctor eccle
dei i epiſtola ſua ad ephe. dicit ꝙ xp̄c
eſt caput noſtrū et nos membra eius
ip̄e em̄ pater noſter. nos aūt filij eius
ip̄e eſt rex noſter. nos vero populus
ei⁹. nos vero oues et ip̄e paſtor ergo
ait. Ego ſum paſtor bonus. ꝙ aūt eſt
caput noſtrū ponit ratiōem. nam ca/
put habet optimū locū in membris.
et eſt nobilius et eſt ſubtilius. et eſt di
gnius. Jta xp̄c obtinet excellentiorē
locum in celo ⁊ in terra. vnde ait per
ꝓphetam. Et ego ponā primogenitū
illum excelſum pre regib⁹ terre. Etiā
ſicut caput eſt ſubtilius. q꞉ habet oēs
ſenſus corꝑis in quibus cōſiſtit ſapiē
tia ſed in ſua ſapientia excellit omnes
ſapiētias mūdi. vnde ait Apl's In eo
reconditi ſunt om̄es theſauri ſapiētie
et ſicut nobilius eſt membꝝ ita xp̄c q꞉
nos naſcimur in peccatis. ip̄e ſine pec
cato de virgine puriſſima de ſpū ſan
cto conceptus: vt dicit petrus q̄ pec
catū nō fecit: nec eſt inuentus dolus
in ore eius. Etiam eſt dignius quia ca
put habet tegere omnia membra cor
poris et vitam eis miniſtrare. et oīa
membra ſeruare ad modū boni paſto
ris qui regit miniſtrat conſeruat ſuas
oues. ergo bene pōt dicere verbum
preallegatum. Ego ſum paſtor bon⁹.
Quō aūt illas habet regere. cuſtodi
re liberare et eis miniſtrare cognoſce
re et ſignare. patet in euangelio ¶
Dixit ieſus diſcipulis ſuis in cena qn̄
ꝑ eis et ꝑ nobis voluit ire ad mortē.
ego ſum paſtor bonus. bonus paſtor
aiam ſuam id eſt vitam ponit pro oui
bus ſuis. mercenari⁹ et qui nō eſt pa
ſtor cui⁹ non ſunt oues ꝓprie vidit lu
pum venientē et dimittit oues et fu/
git. et lupus rapit et diſpergit oues:
mercenarius aūt fugit. q꞉ ſcʒ pro mer
cede paſcit oues. ⁊ plus curat de mer
cede q̄ȝ de ſalute ouiū id eſt fidelium.
q꞉ nō ꝑtinet ad eum de ouibus. Ego
ſum paſtor bonus et cognoſco oues
meas. et cognoſcūt me mee. ſicut no/
uit me pater et ego cognoſco patrem
et aiam meā pono pro ouib⁹ meis. et
alias oues habeo ſcʒ gentiles que nō
ſunt ex hoc ouili. et illos oportet me
adducere ꝑ meos apl'os poſt aſcēſio/
nem. et vocem meā audient qui fient
xp̄iani. et fiet vnū ouile id eſt vna cō/
gregatio fideliū in ſanctam eccleſiam
et vn⁹ paſtor ſcʒ papa ex ꝑte mei cui
ꝯmiſi paſcere ſanctā ecciaʒ. Etiā aliq̄
dicūt ſuꝑ illo verbo. Erit vnū ouile
et vn⁹ paſtor ꝙ adhuc an̄ diē iudicij
erit vna fides ꝑ totū mundū quo ad
thema. Ego ſum paſtor bon⁹ ⁊c: No
ta ꝙ bon⁹ paſtor circa ſuas oues id ē
fideles i ip̄m credētes quattuor facit
Pmo ſignat ſtudioſi vt cognoſcat. ſe
cundo ꝓtegit affectuoſe vt cuſtodiat
tercio liberat precioſe vt poſſideat.
quarto paſcit fructuoſe vt alliciat.
Pmo dico ſic ꝙ xp̄c ſicut bon⁹ paſtor
ſignat oues ſuas ſtudioſe vt cogno/
ſcat hic et in morte ⁊ in die iudicij. nā
ſepe ſeducit᷑ ouis vt occidat᷑. ita mul
ti ſeducunt᷑ vt occidant᷑ in aīa a lupo
furibūdo. vtʒ in li. Reḡ ij. vbi legim⁹
ꝙ dn̄s miſit ꝓphetā ad regē dauid q̄
peccauit ⁊ ait ad eū Quidā pauꝑ hō
habuit ouē quā tenerrime dilexit ita

ꝙ illa ouis comedit de menſa ſua ⁊ bi
bit de cipho ſuo et in ſinu ſuo dormie
bat. Sed venit quidam qui habuit
multas oues et tulit ouem paupis et
occidit. quid ille demeruit certe mor
tem dixit dauid Quis eſt iſte pauper
niſi xp̄c qui fact⁹ eſt ꝓ nobis ita paup
Unde ait in euangelio Mathei Uul
pes foueas habent et volucres celi
nidos. filius aūt hominis non habet
vbi caput ſuum reclinet. Ille habuit
ouem quā tenerrime dilexit ſcꝫ aīam
ad dei imaginē creatam quā dilexit ⁊
diligebat ꝙ cibat de menſa angeloꝝ
pane vite. de ſacramento altaris. ac
potat de calice ſui ſanctiſſimi ſanguis
et dormit i ſinu gratie ſue ſancte eccie
Qui igit̄ talem ouem id eſt hoīem iu
ſtum ꝑſequit̄ ⁊ occidit. quid meretur
certe dauid dixit mortē meret̄ eternā
Ut igit̄ nullus infeſtaret nec occide/
ret oues xp̄i ſcꝫ ſuos fideles voluit ſi
gnare eos ſtudioſe Cuius figuram le
gimus Geñ. xxx. Jacob patriarcha et
laban quidā vir habitabat in vna re
gione et iuxta ſe habebāt oues que fu
erūt om̄es vnius coloris. dixit aūt ia
cob ad laban. volo ſignare oues me/
as ne ſit iurgiū inter te et me. et vt co
gnoſcam oues meas volo eas ſigna/
re: Accepit itaqꝫ iacob virgulas ami
gdalaꝝ et diſcoriauit eas et poſuit in
canali pleno aqua vbi oues bibebāt.
Et ex aſpectu amigdalaꝝ et virgulis
agniculi erant diuerſi coloris. Et ſic
cognouit iacob oues ſuas ab ouibus
laban. Ita ſpūaliter dñs noſter et la
ban dyabolus habent ſimul oues in
iſto deſerto huius mūdi. Ne igit̄ fiat
iurgium inter eos i die iudicij ſignat
xp̄c oues ſuas. poſuit itaqꝫ dñs vir/
gulas amigdalaꝝ id eſt ſanctōs ⁊ ſan
ctas. vt iohannē baptiſtam iohannē
euangeliſtā. katherinā ſanctā et bar/
baram ſanctā et alios ſanctos et ſan/
ctas quas diſcolorauit diuerſis colo
rib⁹ in eoꝝ paſſione. rubeo colore ex
ſanguine. albo colore ex caſtitate. ni/
gro colore ex humilitate. tales igitur
oues xp̄i debent inſpicere vitā eoꝝ. ⁊
inſpiratio ꝓducit fructū ſimilem ⁊ ſic
accipit ouis xp̄i ſignum a ſanctis. et
iſtud ſignū imprimitur in baptiſmo.
Tunc veniens in die iudicij ſtatuet
oues ſuas a dextris id eſt ad vitā eter
nam habentes xp̄i ſignū. ſed oues la
ban id eſt malos iudeos. gentiles. et
malos xp̄ianos ſtatuet a ſiniſtris. qꝛ
non habēt ſignū illi⁹. cuius oꝑa fece/
rūt. Scd̄o bonus paſtor ꝓtegit affe/
ctuoſe. vt cuſtodiat Un̄ Ozee. Sic
paſtor vigilat ſuꝑ gregem ſuū vt pro
tegat. Ita vigilabo ſuꝑ vos dicit do
minus Huius legim⁹ figurā in libro
Ezechie: viij. dixit dñs ad ezechielem
Ueni et oſtendā tibi quid faciam oui
bus et vidit ſeptuaginta viros ſtare
et habere dorſum ad templum. et ad
orientem habētes faciē. et venerunt
ſex angeli cū ſex ſecuribus vt interfi/
cerent eos. ſed venit quidā indutus
lineis albis ad modū paſtoris dicēs
ad illos ſex Ne ꝑcutiatis donec ſigne
mus illos qui ꝑtinent ad deū. et pro
texit eos donec ſuos elegit Et in fron
tibus illoꝝ impreſſit ſignū Thau. et
poſtea ait. Percutite oēs alios. illos
nō protegam qꝛ nulli parcerūt: Ita
ſpūaliter ꝑ illos ſeptuaginta viros
ſtantes nota congregatiōem omniū
hoīm vertentiū dorſa ad templū qꝛ
deū nō honorant. vertentes faciem

ad ortum ſolis expectantes dieꝫ iudi-
cij. Venient igitur ſex angeli cum ſex ſe
curibus vt omnes interficiant propter
peccata hominū Sꝫ ait paſtor bonꝰ
indutꝰ alba veſte ſcꝫ carne puriſſima
protegēs ſuos fideles dicens. Nolite
ꝑcutere donec meas oues eligam et
tunc nulli parcant ſed omnes ꝑcutiāt
ꝗ nō ſunt de ouili boni paſtoris Pri
ma ſecuris qua peccator percutitur eſt
ſuꝑbia Vñ ait dauid in pſ. Percuſſi
ſti caput de domo impij. Domus im
pij eſt conſciētia mala. vbi ſuꝑbia eſt
caput oīm maloꝝ: Secunda ſecuris
eſt morbus qui multos improuiſe ꝑ/
cutit, Vñ dr iiij. Reg. Percuſſit dñs
ioram languore inſanabili. Tercia ſe/
curis ꝗ ꝑcutit ouem laban et nō ouē
xpī eſt grauitas peccatoꝝ que magis
ꝑcutiūt aīam miſeram ꝙ magna ſecu
ris corpus. Unde dr Amos. Percu
ciet domū maiorem ruinis et minorē
ſciſſionibꝰ: Maior domus eſt anima
et minor eſt corpus que ambo ꝑcuci
untur ſecuri peccatoris. Vñ in pſ. Se
curi eſt aſcia. id eſt barde deiecerunt
eam videlicet ouem morbidā et ma/
lam. Quarta ſecuris qua ouis laban
ꝑcutitur eſt mortis acerbitas. vñ ait
dñs Amos. ix. Percutite cardinem
et mouebuntur ſuꝑ liminaria ꝓprie die
ſuyle vel doyrpel. Cardo eſt corpus
ſuꝑliminaria ſunt vires que omnes mo
uebuntur qñ mors cum ſecuri ſua ꝑcu/
tit corpus. Quinta ſecuris ꝑcutiens
ouē laban id eſt malū hoīeꝫ eſt ſeueri
tas iudicij. Nam in ictu oculi iudicatur
qñ miſera anima egreditur. Vñ dicūt
tales oues laban id eſt dyaboli ſerui
mali xpiani. inique egimus contra te
et ad iracundiā te ꝓuocamꝰ Idcirco

ꝑcuſſiſti nos nec pepercisti nobis Et
hoc fit qñ de ore eius exibit gladius
acutus. Sexta ſecuris ꝗ ꝑcutit oues
laban id eſt dyaboli ē pene eternitas
Unde ꝓuer. Parati ſunt mallei per
cucientes ſtultoꝝ corꝑa. Et illud pſ.
Supra dorſum meum fabricauerūt
peccatores tūc igitur in illa extrema ne
ceſſitate qñ celi mouēdi ſunt ꝛc. oues
chriſti tamēꝫ a bono paſtore protegē
tur vt non ꝑcutiat eos quiſꝙ Unde
pſ. Proteges eos i tabernaculo tuo
a contradictiōe linguaꝝ. Et ſic patet
ꝙ xpc bonꝰ paſtor ꝓtegit oues ſuas
affectuoſe vt cuſtodiat: Tercio xpc
velut bonꝰ paſtor liberat oues ſuas
ꝑcioſe vt poſſideat. Unde eramꝰ vē
diti et ꝑditi ꝓpter peccata primorum
parentū. ſed neqꝫ auro nec argento li
berauit nos. ſed ꝑcioſo ſanguine xpi
liberati ſumus. Et ideo figuratus eſt
ꝑ bonū paſtorem dauid De quo legi
mus in. i. Reg. xvij. ca. Ieſſe qui fuit
pater dauid vir iuſtus. miſit filiū ſuū
dauid quē diligebat paſcere oues ſu
as. et veniebat leo et vrſus tollens
predam de ouibus dauid quas paſce
bat ſed dauid ſurrexit cum baculo et
oꝑa paſtoris occidebat eos et libera
uit oues ſuas. qꝛ dñs cū eo erat. Mo
raliter ꝑ ieſſe nota patrem in diuinis
qui habuit multas oues in hoc mun
do id eſt animas ad imaginē dei crea
tas. Sed venit leo ſuꝑbie lucifer et
vrſus ſathanas auaricie et tulerunt
predam Miſit igitur pater filiū ſuum
dauid ſcꝫ xpm paſcere oues i hoc mū
do. ſcꝫ ſuos fideles. Venit igitur leo et
vrſus id eſt demon et mundus aīam
deuorādo ad limbum ꝑ ſuā potentiā
ducendo. Quod videns dauid id eſt

xp̄c accepit baculū id eſt ſanctam cru
cem. et cum leone et vrſo pugnauit ⁊
eos ſupauit. et oues captas in limbo
ſedentes ad quinq; milia annoꝝ libe
rauit et libertati reſtituit. vnde Pſ̄.
Eduxit eos ꝺ tenebris et vmbra mor
tis et vincula coꝝ diſrupit et liberati
dedit. ergo xp̄c bonus paſtor oues
ſuas liberauit. vt eas quaſi ſuas in li
bertate poſſideat. Quarto dico ꝙ
xp̄c paſtor bon⁹ paſcit oues ſuas fru
ctuoſe vt eas alliciat. paſcit eas oues
id eſt fideles diuerſis cibarijs. Pꝛio
cibo naturali. vt fruct⁹ terre et arbo
rum ꝓ nobis ꝓducendo vt nos pa/
ſcat. Vn̄ ait Leui. xvi. Dabo vobis
pluuiā ſerotinam. et imbrem matuti/
num. et terra gignet fructus ſuos. et
arbores pomis replebunt. Secūdo
paſcit eas de carnibus pecoꝝ diuer/
ſorum. vnde pſ̄: Omnia ſub pedib⁹
eius oues et boues vniuerſas inſup
⁊ pecora cāpi volucres celi et piſces
maris. Tercio paſcit oues eius pane
ſancte doctrine verbi dei. Eccle. i. Ci
bauit eos pane vite et intellectus.
Quarto paſcit oues eius cibo ſacra/
mentali. Joh. xi. Caro mea vere eſt
cibus et ſanguis meus vere eſt pot⁹.
Huius legimus figurā in Exodo. iij.
ca. ꝙ moyſes paſcebat oues et mina
bat eas i interiora deſerti et ibi paſce
bant in herbis virentib⁹. Ita chriſt⁹
minat gregem ſuaꝝ ouiū in interiora
deſerti id eſt ad ſolitariam vitā. vitaꝫ
hui⁹ mundi fugiendo. et ibi in herbis
virētib⁹ id eſt in duodecim articulis
fidei quibus homo vireſcit in virtuti
bus Et ſicut moyſi ibi loquebat ieſus
ita loquit ſuis ouibus inſpiratiōib⁹
diuinis. De iſtis paſcuis vberrimis
ait i libro Ezech: xxviij. Ego requirā
oues meas et paſcam eas in montib⁹
iſrael. et ibi vireſcunt in herbis viren
tibus Quanto em̄ montes ſunt altio
res tanto flores et herbe dulciores
ꝓpter rorem qui cicius cadit in mon/
tes q̄ꝫ in valles. et oues libentius co/
medūt in montibus q̄ꝫ in vallibus. et
lac eo dulcius eſt ꝓpter herbas mon
ciū Ita ſpūaliter q̄nto altius hō aſcē
dit montem ꝯtemplatiōis. tanto dul
cius paſcit in diuinis. et q̄nto magis
tendit ad ima cōuallium. tanto min⁹
capit de dulcibus Et ideo monet ipſe
ꝓpheta yſaias om̄s oues atq; fideles
xp̄i dicens. Venite aſcendamus ad
montem dn̄i et ibi paſcua inueniam⁹
Ergo dn̄s noſter ieſus xp̄c paſtor bo
nus qui etiā ſuas oues ſignat. prote/
git liberat et paſcit ⁊c̄

Poſt octauas paſche Dn̄ica
Jubilate Sermo. xxxi.

Vos vero contriſtabimini:
ſed triſticia veſtra vertet
in gaudiū. Joh. xvi. Nota
ꝙ quattuor ſunt ſtulticie ꝓpter quas
homo ſepe contriſtat. Prima eſt ho
minem in tali ſtatu viuere in quo nō
audet mori. vnde ait Eccl. Mors nō
tardat O mors q̄ꝫ amara eſt memo/
ria tua. Secunda eſt pro viliſſima re
vitā exponere ſicut naboth. iiij. Reg.
Expoſuit vitam ſuā ⁊ ꝑdidit ꝓ parua
vinea. nam rex vocauit eum et dixit.
Da mihi vineā. reſpondit. nolo. tūc
miſit falſos teſtes et eū lapidare fecit
et ſic triſtabat. Tercia eſt inter bonū
et malū eligere malū et bonū ſperne
re. ſicut fecit moyſes cui rex pharao

poſuit coronam ſup caput eius cū ad
huc eſſet puer et proiecit coronā . tūc
accepit carbonem ignitū et aurum et
pbuit puero ⁊ puer elegit carbonem
et omnes dixerunt . Stulticia ſua eſt.
Quarta ſtulticia eſt qn̄ homo vendit
hereditatem paternā pro cipho ple/
no lentibus. ita fecit eſau. vendidit ei
primogeniturā fratri ſuo iacob, p vna
ſcutella plena lentibus . vt p3 Gen̄.
Ita ſpūaliter qui nūq̄3 cogitat ō mor
te ſed ſemp gaudet de vanitatibus.
ſepe ex hoc triſtatur . Itē homo ſepe
gaudet coronans ſe corona ſupbie ⁊
perdit coronā glorie. Item homo ſe/
pe vendit benedictōem celeſtis here
ditatis pro gaudio vanitatis. ſed xpc
pmonens ſuos diſcipulos ne ipi ſtul
t: in his agerent : ſed melius eſſet eis
hic modicū triſtari et poſt hanc vita3
eternaliter gaudere. et ideo ait vt ſu/
pra. Vos vero cōtriſtabimini et mū
dus gaudebit. ſed triſticia veſtra ver
tetur in gaudiū. vt patet in euāgelio.

Dixit ieſus diſcipulis ſuis in cena.
Modicū iam et non videbitis me et
iterū modicū et videbitis me. q2 iam
vado pro vobis in mortem . et iterū
qn̄ reſurgo iterū videbitis me. et in
aſcenſione mea qn̄ vado ad patrem.
dixerūt ergo diſcipuli adinuicē . quid
hoc eſt q dicit nobis modicum et nō
videbitis me. et iterū modicum et vi
debitis me q2 vado ad patrem. dice/
bat ergo Quid eſt q dicit nobis mo
dicum. neſcimus quid loquit̄ et non
intelligimus . Cognouit aūt ieſus q
volebant eum interrogare ⁊ dicit eis
de hoc queritis inter vos q2 dixi vo
bis modicum et non videbitis me et
iterū modicum et videbitis me . amē
dico vobis q2 plorabitis et flebitis
vos in hoc mundo pter pſecutiōes
mundi. et mundani gaudebunt quia
vos pſequent̄ . vos aūt contriſtabi/
mini pter mortem meā . ſed triſticia
veſtra vertet̄ in gaudium q2 videbi/
tis meā gloriam. vnde dicā vobis pa
rabolam. Mulier cū parit triſticiā h3
q2 venit hora ei9. de qua ait pater in
Gen̄. ad euam. In dolore paries fili
os tuos. Cum aūt peperit puer3 iam
non meminit preſſure pter gaudiū.
q2 natus eſt ei paruulus in mundum
pulcer ſcd̄m imaginē eius et creato/
ris. Et vos igit̄ nūc triſticiā habetis
iter3 aūt videbo vos ⁊ gaudebit cor
veſtrū et gaudiū veſtr3 nemo tollet a
vobis. q2 eternaliter mecū gaudebi/
tis. Nota q quatuor genera hoīm tri
ſtantur pter quattuor cauſas . Pri/
mi ſunt penitentes qui triſtant̄ ō pec
cator3 cōmiſſiōe Secūdi ſunt in mūdo
gaudētes q̄ triſtant̄ de gaudij amiſſi/
one. Tercij ſunt fortunati de fortune
mutatiōe. Quarti ſunt ypocrite qui
triſtant̄ de vultus exterminatiōe. pri
mo dico q penitētes triſtant̄ de pec
cati cōmiſſiōe. et eſt bona cōtriſtatio.
qn̄ homo cogitat. Ecce tu deū offen/
diſti tuū creatorem ⁊ pter hoc triſta
tur. Unde ait dauid poſtq̄3 peccauit
in ps̄. Quare triſtis es anima ⁊ qua/
re cōturbas me Spera in deo qm̄ ad
huc cōfitebor illi vt mihi pctā mea di
mittat q2 miſeratiōes eius ſup omnia
opa eius. de iſta cōtritiōe anime peni
tentis legimus figuram in antiquis
libris iudeor3 q erat quedam pulcra
puella cuidam magno pricipi deſpō
ſata et illa reliquit ſuū principē et ad/
heſit cuidam malo tyranno. propter

qđ venit in magnā triſticiaꝫ et tandē
triſtis cognouit ꝙ male feciſſet miſit
ad principem quē reliquit quattuor
anulos. in primo fuit ſcriptum amore
langueo. in ſecundo languore pereo.
in tercio pereundo ſpero. in quarto
ſperando reuiuiſco: et cum hoc quat
tuor literas. in prima quē fugi diligo
in ſecūda quē dilexi fugio. in tercia ꝙ
fugi peniteo. in quarta penitēdo gau
deo. Ad ꝓpoſitum iſta puella eſt aīa
peccatrix que eſt pulcra dum eſt ſine
peccato. vnde de ea dicit dn̄s in can.
Tota pulcra es amica mea ⁊ macula
nō eſt in te. Et iſte magnus princeps
cui eſt deſponſata eſt xp̄c. qui ait yſa.
Deſponſabo te mihi in fide videlicet
in baptiſmo vbi renunciat dyabolo:
Sed reliquit ſuū principem qn̄ pec/
catum mortale committit et adheret
dyabolo cuius voluntatē facit ſed d̄s
immittit ei ſepe contricionē de pecca
tis. tūc pōt dicere ad xp̄m ſicut habetᷣ
ſupra in anulis Amore langueo et ni
mio deſiderio eternoꝝ et languendo
pereo ex formidine que feci ſed ſperā
do reuiuiſco. qꝛ ſcio me creatorē et re/
demptorem ita miſericordē qui ait ꝑ
ꝓphetam Ezechielē. Nolo mortē pec
catoris ſed vt magis peniteat et vi/
uat. Itē Ezechi. Peccator in quacū
ꝗ hora gemuerit peccatoꝝ ſuoꝝ am/
plius nunꝗ recordabor et ideo gau
deo. et in litera ſcripſit. Quē fugi mō
diligo. i. dn̄m meū ieſum xp̄m. et quē
dilexi videlicet dyabolū modo fugio
ꝑ pn̄iam et qđ fugi peniteo videlicet
verba dei audire ſepe fugi et peniten
do modo gaudeo ideo talis triſticia
eſt bona quia hoīem in anima ſaluat
et in conſcīa letificat. vnde Bern̄. aīa

quē triſtis eſt ſuꝑ magnitudinē pecca
ti et incuruata incedit ex timore dn̄i
illi dn̄s dabit grām ei letificabit eam.
et ſic triſticia vertetᷣ in gaudium. Se
cundo dico ꝙ de mundo gaudentes
triſtantᷣ de gaudīj amiſſione. vn̄ d̄ ill.
dꝛ Job. Gaudent ad ſonitum organi
et in puncto ad infernū deſcendunt
⁊ ſic triſtantᷣ: Ideo ait in alio ca. ſapi.
Melius eſt ire ad domū luctus ꝗ ad
domū cōuiuīj. qꝛ gaudiū dolore ſepe
miſcetur. Nam videmus in naturali
bus ꝙ ſepe poſt auram claram ⁊ ſplē
dorem ſolis ſequitᷣ pluuia et tēpeſtas
et poſt eſtatē venit hiems de tali gau
dio tempali qn̄ homo hoc perdit tri/
ſtatur. legimus figurā in li. Ione. ca.
iiij. ꝙ ionas ꝓpheta dn̄i multū feſſus
fuit ex labore itineris tempe eſtiuali ⁊
nullum habuit refrigeriū ſed poſuit
ſe iuxta viā vt requieſceret et obdor/
miuit. et videbatᷣ ſibi ꝙ ſuꝑ eum cre/
ſceret arbor magna ſcꝫ hedera q̄ cre/
ſcit ad muros ⁊ ex illo habuit gaudiū
in vmbra. et ſtatim venit vermis cor
rodens arborem et aruit et folia cecī/
derūt et vmbra ab eo receſſit ac prete
rijt et ſic euigilauit ꝓpheta ⁊ triſtis ni
mis erat qꝛ nō habuit iterum refrige
rium. Ita moraliter homo ambulat
in hoc mundo diuerſa loca hincinde
et gaudet in tranſitorijs iuxta viā va
nitatis et et in gaudiū mundi tranſit
ſicut vmbra. vt ait Job. Sicut vm/
bra ꝑtereunt gaudia. et cum ſic requi
eſcit ſub vmbra leticie gaudet. ſed ve
nit vermis corrodens arborem cor/
poris et folia eius cadūt qꝛ oēs vires
illius deficiūt et tūc anima exiens de
corpe et quaſi de ſomno euigilans tri
ſtatur qꝛ tūc nō habet refrigeriū a do

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
BLB
Baden-Württemberg

ideo ait Hieremias. Treno. iiij. in p/
ſona illoꝝ dicēs. Defecit gaudiū coꝛ
dis noſtri. verſus eſt in luctum choꝛ9
noſter ⁊ coꝛona capitis noſtri cecidit
ve nobis qꝛ peccauimus. et ſic patet
ꝙ aliqui triſtant̄ de gaudij tranſitoꝛij
amiſſiōe. Tercio aliqui triſtant̄ vide
licet foꝛtunati de foꝛtune mutatione.
nā foꝛtuna multos exaltat in hoc mū
do vnde ipi gaudent et multos deij/
cit ac deponit vnde triſtantur. vñ ait
Poeta. Quē vult exaltat quē vult
foꝛtuna recalcat. Huius legim9 figu
ram in lib. Heſter. iiij. ꝙ aſſuerus rex
habuit quendā aduocatū qui voca/
batur aman. et ille aman fuit multum
magnus et potens et in gloꝛia eleua
tus. et alius bonus hō mardocheus
nomine fuit apud regem quē rex vo/
luit etiā apud ſe in gloꝛia exaltare. qd̓
aman videns ex inuidia moꝛtē apd̓
regem ꝓcurauit ⁊ in curia ſua patibu
lum erexit vt ipm ibi ſuſpenderet qd̓
percipiens mardocheus excuſauit ſe
apud regem et accuſauit aman tunc
rex miſit pꝛo aman et dixit Quem rex
vult honoꝛare quid debet illi fieri. at
ille putabat ꝙ rex vellet ipm honoꝛa
re et ideo ait. Dñe quē rex vult hono
rare debet poni i equo regis et indui
veſtimentis regalib9 et duci p totam
ciuitatem ⁊ clamare in oīmbus angu
lis platearū ſic debet honoꝛari quem
rex vult exaltare et tūc ait rex. Hoc
tu debes facere mardocheo inimico
tuo. et opoꝛtebat ꝙ faceret illud amā
qd̓ ꝑcepit ei rex et ſic triſtis magis fu
it ꝙ ſic debuit inimicū ſuū in tāto ho/
noꝛe honoꝛare et ipe pedeſter curre/
re et clamare. et ſic foꝛtuna aman exal
tauit et eiecit mardocheū et ſtatim ex

altauit ecōuerſo mardocheū ⁊ eiecit
aman. Ita ſpūaliter foꝛtuna mundi ē
inſtabilis ⁊ multos exaltat vnde gau
dent. ſed cū eijcit eos in lutum contu
melie magis triſtant̄. et ſic gaudium
illoꝛū cito mutat̄ in contumeliā ⁊ tri
ſticiam. Ideo ait Salomon in ꝓuer.
Spiritus triſtis exiccat omnia oſſa.
Oſſa ſunt virtutes que omnes defici
unt propter amiſſiōez foꝛtune Quar
ti ſunt ipochrite qui triſtant̄ de vult9
exterminatiōe De qb9 ait dñs mat.
Nolite fieri ſicut ipochrite triſtes. ex/
terminant eñi facies ſuas et habēt fa
cies macras ꝓpter lucrum et laudez
hominū ꝙuis hominibus eſt ignota
coꝝ triſticia. tñ deo eſt manifeſta coꝝ
nequicia et talis triſticia eſt doloſa.
Unde ait dñs Lu. Ue vobis ipochri
tis qui ſimiles eſtis ſepulcris foꝛis de
albatis intus plenus ſpurcicijs. Iſti
aūt aſſimilant̄ parietib9 qui ſunt int9
de luto et exteri9 ſunt picti et dealba
ti ita ꝙ apparent ꝙ ſint de lapidibus
politis cementū eſt coloꝛ exteri9 poſi
tum et tegit qd̓ eſt interius. ſed qñ pa
ries ꝑcutit̄ et domus deſtruit̄ tūc vi
debit̄ aperte quid latebat interi9 h9
legim9 figuram Ezech. xxix. dixit dñs
ad ezechielē. Uade i templū domini
ad domū anterioꝛē et cū ibi eſſet pꝛo
pheta ait dñs: Uides tu parietē iſtū
reſpondit. video dñe et ait Perfodi
domum ⁊ parietem et fodit foꝛamen
magnū p parietē et dixit. Uide. et vi/
dit ꝓphera abhominatiōes peſſimas
pictas ad parietem in circuitu quas
homies occulte ſolent facere et ait do
min9. Iſta aūt manifeſta erūt tempe
moꝛtis et in iudicio que modo occul
ta ſunt in mundo. Ita ſpūaliter per

parietem que occultatᷣ in domo nota
ipochritam qui apparet hominib⁹ bo
nus ⁊ quaſi ſemꝑ ſit triſtis pro deſide
rio eternoꝝ. cum tñ hoc facit pro lu/
cro mūdanoꝝ Sed cū venerit mors
et ꝑcutit illum et ꝑfodit parietes do/
mus cōſcientie que ſunt latera corpo
ris de luto peſſimo. ſed foris dealbati
ꝑ ſimulatiōem ſanctitatis et virtutis
vnde ait petrus ad ſymonē magū: et
dicit. Percutiet te dn̄s paries deal/
batus et tūc ſtatim tempꝫ mortis in
die iudicij apparent abominatiōes. i.
mala oꝑa et male cogitatiōes que la
tebant ab intra. vnde petr⁹ reuerēd̄
doctor in quodā ſermone ait ipochri
ſis. Eſt ſubtile malū ſecretum virus ti
nea ſanctitatis. triſtantᷣ coram hoīb⁹
pro terreno lucro ideo triſtabuntᷣ co
ram d̄o angelis et electis pro eterno
damno. ergo quo ad thema Uos ve
ro triſtabimini ſed triſticia vr̄a verte
tur in gaudiū mulier cum parit triſti
ciam habet.

## Dominica tercia poſt paſcha Sermo. xxxij.

Um venerit ille arguet
mundū Joh. xvi. Nota ꝙ
qui vult aliū arguere dɛ̄t
quattuor cōſiderare. Prio ꝙ ille quē
vult arguere ſit arguendus. Unde
Aug⁹. Si me arguis et nō ſum culpa
bilis teipm̄ ledis. Scd̄o ꝙ qui vult
arguere nō ſit redarguendus. vn̄ ait
Boeci⁹. Pudor eſt doctori diſcipu/
lum arguere qn̄ culpa redarguit ipm̄
vnde ait Poeta. Tūc alios culpa cū
tu fueris ſine culpa. Tercio debet cō
ſiderare tꝑus. nam qn̄ vellet aliquis
alium arguere coram omni populo.
et ipm̄ ꝯfundere nō eſſet bona redar
gutio ideo ait dn̄s. Si peccauerit fra
ter tu⁹ i te corripe eum inter te ⁊ ipm̄
ſolū. ſi audierit te lucratus es eū. ſi te
nō audierit q̄ˡ dimittat adhibe duos
vel tres. et ſi adhuc non audierit ſit ti
bi quaſi ethnicus et paganus. Quar
to debet ꝯſiderare mores ꝑſone quē
vult arguere. nā multi ſunt qn̄ arguū
tur peiores efficiuntᷣ. ſicut alexander
rex mltos occidit qui ipm̄ arguebāt
tandem quidā phs ipm̄ multū ſubti/
liter arguebat. vnd̄ bonos mores ab
eo capiebat. Itē patet de nerone im
peratore qui ſuū doctorē ſenecā occi
dit eo ꝙ ipm̄ de malicia ſua arguebat
Sed xp̄c bene poterat arguere et be
ne pōt arguere in iudicio qꝛ fuit ⁊ eſt
ſine redargutōe. vnde ait petr⁹ Qui
peccatū nō fecit nec eſt inuent⁹ dol⁹
Item bene pōt arguere qꝛ peccator
arguendus eſt in multis. Itē ipe be/
ne cōſiderat tꝑus qn̄ debet arguere.
ipe multis hic parcit quos in die iudi
cij acriter arguet. Item ipe ſubtiliter
arguit. nam aliquos ꝑ infirmitatē vt
emendentᷣ: aliquos ꝑ aduerſitatē vt
ipm̄ cognoſcāt: aliquos ꝑ iram diſtri
cti iudicij et rigoris. Ideo ait Dauid
poſtꝙ peccauit. Dn̄e ne i furore tuo
arguas me. Itē Job dicit Quis mi/
hi hoc tribuat vt i inferno protegas
me donec ꝑtranſeat furor tuus. ⁊ hec
patent in euangelio. Dixit ieſus di
ſcipulis ſuis. Uado ad eū qui me mi/
ſit ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo
vadis. ſed qꝛ hec locutus ſum vobis
triſticia impleuit cor veſtrū. ſed ego
veritatem dico vobis expedit vobis
vt ego vadā. Si em̄ nō abiero para

clitus nō veniet ad vos. Si aūt abie
ro mittam vobis eum. et cū venerit
ille arguet mundū de peccato de iu-
ſticia et de iudicio. de peccato quidē
qꝛ nō credunt in me. de iuſticia vero
qꝛ ad patrem vado et iam nō videbi
tis me. de iudicio aūt qꝛ princeps iſ
eſt dyabolus iā iudicatus eſt. Adhuc
multa habeo vobis dicere. ſed nō po
teſtis portare modo: i. retinere. Cum
aūt venerit ille ſpūs veritatis doce-
bit vos omnē veritatem. Non enim
loquet̄ a ſemetipſo ſed quecūqꝫ audi-
et a patre et me loquetur. et que ven
tura ſunt annūciabit vobis. i. me cla
rificabit et manifeſtabit qꝛ de me acci
piet et annūciabit vobis. Ad thema.
Cum venerit ille arguet mundū. per
mundū intelligit̄ homo. nam ſicut mū-
dus maior ꝯſtitutus eſt de quattuor
elementis. videlicet de terra igne ae-
re et aqua. ita homo q̄ dr̄ minor mun
dus. nam caro que eſt in hoīe et oſſa:
ſunt de terra. ſanguis de aqua. ⁊ anhe
litus vel ſpiramen ē de aere: calor na
turalis de igne. ergo mundū arguet.
id eſt hominē mundum ſcʒ minorem.
Arguet aūt hominē a quattuor q̄ tan
gunt̄ in hoc euangelio. Primo ī deū
nō credentes vt ipſe dicit. Quia non
credunt in me ⁊c̄. Secūdo peccatum
cōmittentes qꝛ de peccato ⁊c̄. Tercio
iuſticiam non ſectantes qꝛ de iuſticia:
Quarto iudiciū nō timētes. Primo
dico ꝙ deus arguet acriter in eū non
credētes. vnde arguit duos diſcipu-
los in via ambulantes. Luc. vlti. O
ſtulti et tardi corde ad credendum in
his que ſcripta ſunt. Fides aūt eſt vi
ta anime. nam videm⁹ ꝙ arbores in
hieme moriunt̄. in eſtate ꝑ calorē ſo-
lis reuiuiſcūt. ita anima q̄uis viuit in
corpore tamen q̄diu eſt ſine fide mor
tua eſt ſicut arbor ī hieme. ſed quādo
fides venit in corda hominū non cre
dentiū incipiunt reuiuiſcere. vt dicit
Jacob⁹. Fides ſine operib⁹ mortua
eſt igit̄ illa que credimus de xp̄o fide
teneamus et ope impleamus Si em̄
credo ꝙ xp̄c fuit humilis et ego ſum
ſuꝑbus quid prodeſt mihi ſua humili
tas: ſi ego credo ꝙ xp̄c fuit pi⁹ ⁊ ego
ſum auarus quid ꝓdeſt mihi ſua pie-
tas certe nihil. ſi ego credo ꝙ xp̄c fuit
miſericors et ego nulli miſereor. quid
mihi ꝓdeſt ſua miſericordia. certe ni-
hil. ſi ego credo ꝙ xp̄us fuit caſtus et
ego luxurioſus. quid mihi ꝓdeſt ſua
caſtitas certe nihil. ſi ego credo ꝙ xp̄c
fuit manſuetus et ego iracūdus quid
mihi ꝓdeſt ſua māſuetudo certe nihil
et ideo ait Apl's ad Hebre. Sine fide
bonorū opeꝝ impoſſibile eſt placere
deo. ideo fides eſt vita anime. Item
fides eſt lux anime; vnde videm⁹ qn̄
aliquis poneret quattuor pelues. de
quadruplici materia. vnam de auro
aliam de argēto terciā de ferro quar
tam de plumbo. in illud aūt ꝙ ſimili⁹
ſoli eſt ſol reſplendet. Moraliter per
plumbeā peluim nota cor hoīs quod
cito recedit et ꝑ paucum tp̄s credit.
ꝑ peluim ferream nota cor hoīs indu
ratum qd' omnino credere nō vult ꝑ
peluim argenteam nota cor hominis
qd' habet fidem ī verbis et nō in ope
ribus ſed ꝑ peluim auream nota cor
homis in fide vera cū auro dilectiōis
ornatū et illud magis opat̄ gr̄a ſpūs
ſancti. qꝛ vnūqdqꝫ applaudit ſuo ſili.
dicit Ariſto. Item fides eſt miracloꝝ
operatiua vn̄ legim⁹ ꝙ beat⁹ petrus

fuit in naui et vidit dñm ĩ mari ambu
lantem et miſit ſe tota fide in mare et
ambulauit ſupra mare ſed ſtandẽ du/
bitauit et ĩ mari merſus eſt vſq; ad os
et dñs manus ſibi porrexit et extraxit
eum ſupra. et ait petrus. O dñe vis
me ſic perire in mare. et reſpondit do
minus et ipm̃ arguebat dicens: Mo
dice fidei quare dubitaſti. Jdeo debe
mus habere rectã fidem ne veniens
dñs redarguat nos acriter ſicut iude
os incredulos quibus ait Math. Si
mihi nõ vultis credere credite operi
bus que ego facio. ex quo nõ credidi/
ſtis operibus nec mihi. idõ in poteſta
te dyaboli eſtis. Secũdo dico ꝙ xp̃c
vult arguere peccatũ cõmittentes in
quo deũ ſunt negantes. Vñ ait apl's.
Argue obſecra increpa peccatorẽ in
omni paciencia et doctrina vt pecca/
tum dimittat Nã dñs redarguit caim
valde acriter eo ꝙ fratrem ſuum occi
dit et ipm̃ maledixit in arguẽdo. Jtẽ
redarguit valde acriter in paradiſo
qñ dixit adam vbi es. q̃nto magis re/
darguit hoĩem qui deũ relinquit ⁊ de
um creatorem ſuũ negat. ⁊ hoc etiam
facit peccator ꝑ peccatũ mortale. ſic
legimus de romanis ꝙ depingebant
peccatũ mortale ad imaginẽ homis
que erat valde horribilis diſpoſita.
circa quã ſtabant quattuor imagines
Vna imago ſupra caput et erat hec
imago dei ad quã ait. Deũ meũ nega
ui heu mihi ꝙ natus ſum Ad dexterã
ſtetit imago pulcerrimi hoĩs ad quã
ait. Dignitatem humane condicioĩs
nõ cognoui. ve mihi ꝙ natus ſum ad
imaginẽ circa ſiniſtram ⁊ hec erat ima
go dyaboli ad quã ait. Omagiũ dya
bolo feci heu mihi ꝙ natus ſum: Jn/
fra infernus aperiens os ſuũ et expe/
ctans ad deuorandũ ad modũ draco
nis. Jta ad ꝓpoſitum quare ſic depin
gebant romani certe ad noſtram do
ctrinam Nam cũ peccator cũ pecca/
tis mortalibus deũ negauit ſemꝑ tre
met. Nam nabuchodonoſor deũ ne/
gauit ꝙ nõ eſſet deus. et ipm̃ arguit
deus ꝙ tanq; bos fenũ comedit: Ju/
das deũ negauit qñ ipm̃ vendidit. idõ
ſe ſuſpendit. ego deũ meũ negaui ait
ad imaginem ſuꝑ ipm̃ ad imaginem
dyaboli iuxta ſiniſtram omagiũ dya/
bolo feci. Nam videmus ꝙ homo fa
cit omagiũ alicuius dñi ꝙ iurat ſibi ꝙ
in omnibus velit ſuus eſſe et ſuũ velle
ꝑficere et ſub dño ſuo militare. ita fa/
cit peccator quot peccata cõmiſit tot
omagia fecit. Nam ꝑ peccatũ ſupbie
dyabolo omagium facit. Quis hõ vi
uit in mũdo tñ militat in dyaboli do
minio. Jtẽ ꝑ peccatum luxurie facit
omagiũ dyabolo q: ipe princeps te/
nebrarũ habet ſuꝑ illos dominiũ qui
ambulant in tenebris. Jtem aliqui ꝑ
inuidiã q: ait Sapiens Jnuidia dya
boli mors intrauit in orbem terrarũ.
ideo imago dyaboli a ſiniſtris. imago
a dextris hoĩs pulcri. q: omis digni/
tas que eſt ſine peccato ad plenũ nõ
põt exprimi. nam ipe eſt dei ſedes. et
ideo ait ad dignitatẽ humanitatis nõ
attendi viuere. Quarta imago infra
q: infernus expectat talem peccatorẽ
deũ negantem. Quis miſericordia di
expectat cõuerſiõe; q: ait Nolo mor
tem peccatoris. ꝙ aũt infernus expe/
ctat ait yſa. Jnfernus dilatauit aiam
meã ideo multos redarguit ꝑ ꝓphetã
Niſi cõuerſi fueritis nũc ſupplicando
vibrabit gladium ſuũ ⁊c. in Canticis.

Veni amica mea. Tercio chriſtus ar-
guet mundum de iuſticia quam non
(fecerunt) timuerunt. nam prelati quibus con/
miſſa eſt iuſticia correctionis ita cor/
rigant cum manſuetudine vt ait Sa
piens. Noli eſſe ſicut leo opprimens
nam leo eſt animal fortiſſimum et au
dax vt dicit Iſidorus ad nullius pa/
uebit occurſum. tamen aliquando di
mittit ſuam ferocitatem. ita iudex vel
prelatus quibus cõmiſſa eſt iuſticia
arguendi. nam malis ꝛ obſtinatis de
bet eſſe ſicut leo: non tamen contra ꝑ
ſonam ſed contra vicia. vnde Sene/
ca. Prudẽs prelatus punit peccatũ
vt nõ pereat homo. optima res pec/
cata per viam iuſticie extirpare et ta/
men debet ſemper in compatiendo
habere. vnde legimus figuram Iu/
dicum. xiiij. ꝙ ſampſon fortiſſimꝰ trã
ſiuit per vineam et occurrebat ei leo
volẽs ipſum occidere. ſed ipſe reſiſte
bat et vicit leonem ꝛ occidit eum po
ſtea egreſſus inuenit mel ĩ ore leonis
et comedit et vicit inimicos ſuos. et
de melle dedit ſocijs et ait in enigma
te: De comedente exiuit cibus de for
ti egreſſa eſt dulcedo. Ita ſpirituali/
ter ſubditus volens ſe erigere contra
deum contra precepta dei contra pre
latum debet prelatꝰ ei reſiſtere ꝛ vin
cere ſicut ſampſon vincit leonem ꝛ ip
ſum corrigere per viam iuſticie et ſic
de alijs ĩ exemplum et cum ſampſon
inuenit mel in ore leonis et comedit.
ita etiam debet ſubditus ſe humiliare
contra ſuum ſuperiorem vt inueniãt
mel id eſt dulcedinem correctionis.
vnde ait Gregoriꝰ. Correctio ſuper/
na licet in ſe ſit bona ad ſanandas ani
mas per viam iuſticie ne deꝰ arguet
per vindictam. tamen ſemper debet
dulcorari per miſericordiam. vnde ĩ
pſ̃. Miſericordiam et iuſticiam can/ Psalm: 100
tabo tibi domine. Quarto arguet do
minus deus hominem de iudicio qḋ
non timuit. vnde ait in pſ̃. Arguam
et ſtatuam contra faciem tuam in ex/
tremo iudicio. in quolibet iudicio tẽ/
porali quatuor vel quinqꝫ debẽt eſſe
perſone. Prima perſona debet eſſe
iudex. ſecunda eſt actor. tercia eſt reꝰ
quarta ſunt teſtes. quinta eſt tortor.
ita vult dominꝰ facere in iudicio. nã
ipe chriſtus vult eſſe iudex ſicut ipſe
ait in euangelio Iohãnis. Pater nõ
iudicat quemqꝫ. ſed dedit iudicium ĩ
manus filij. teſtes ſunt angeli ſic dicit
Ieronimus. ꝙ angeli ſunt preſentes
vt ſint teſtes actuum noſtrorũ. acto
res autem ꝓpria peccata que pecca/
tor cõmiſit et per penitentiam nõ de/
leuit ſicut dicit Bernhardus. Pecca
tor cum moritur ſecũ portat ſua pec/
cata et dicunt peccata. Opera tua ſu
mus non te derelinquimꝰ ſed ad iu/
dicium tecum pergemus. reus eſt ip
ſe peccator ad quem poteſt fugere in
illa extrema neceſſitate. nam dicit illḋ
Regum. iiij. Ipſi montes nolunt re/
cipere fugam noſtram tortores ſunt
demones. vnde ait dominꝰ in euan
gelio Mathei. Tradidit eum tortori Mathej: capite: 18.
bus quouſqꝫ redderet vniuerſum de
bitum. huius legimus figuram in li.
Numeri. xxiij. dixit dñs ad moyſen.
Elige tibi. xij. viros armatos ꝛ vlci/
ſcete ↄtra inſidiãtes q̃ videbant mlťa
ſigna et tamẽ me timere nolũt. ꝛ moy
ſes elegit. xij. viros ꝑfectos in armis

qui transibant ante populum ad pugnandum et occidit omnes reges eorum et multi ceciderunt qui deum timere noluerũt. Ita moraliter pater dicit ad filium ſuum id eſt ad ieſum. Elige tibi. xij. viros perfectos, i. duodecim apoſtolos vt ſtent tecum in iudicio vt patz in pſ. Gladij ancipites in manibus eorum ad faciẽdam vindictam in nationibus qui iudicium non timuerunt. et tunc occidit inſidiantes id eſt peccatores et reges eorũ ꝑ damnationẽ. vnde dicitur Math. Ite maledicti i ignem eternum ergo ad thema: Cum venerit ille arguet, homies de infidelitate ꝙ credere noluerunt. de peccato ꝙ non doluerũt. de iuſticia ꝙ nõ timuerũt. de extremo iudicio ꝙ non timuerunt ꝛc.

Dominica quarta vocẽ iocunditatis. Sermo. xxxiiij.

Exiui a patre et veni in mundum Joh. xvi. Nota ꝙ tria ſunt que hoies ⁊ ſpecialiter ꝑncipes faciũt gratioſos: Primũ eſt magna pietas. exemplũ de rege alexandro magno de quo dr̄ in li. Mach. qui erat largus ⁊ pius ⁊ diuiſit ⁊ dedit alijs qui eum petebant Scd̄m eſt magna nobilitas exemplũ d̓ illo quẽ miſit ioab vt abſolon filiũ regis occideret. reſpondit. Si appenderes mille argenteos i manu mea nõ mitterẽ manũ in filium regis ꝓpter nobilitatẽ Eccleſiaſtici. Beata eſt terra cuiꝰ rex nobilis eſt. Terciũ eſt ſapientia. vnde legimꝰ Regũ. iij. ꝙ vniuerſa terra deſiderauit videre faciẽ regis vt audiret ſapientiã eius. Hec tria fuerũt in ieſu xp̄o dño noſtro Fuit ſapiẽs. vñ Apoſtolus. In eo ſunt reconditi oẽs theſauri ſapiẽtie. Fuit nobilis quia d̓ corde paterno exiuit in vterũ v̓ginis. ió filius altiſſimi vocabit̄ ait angelꝰ ad mariam: Fuit pius qꝛ gratiã diſtribuit omibus penitẽtibꝰ de pietate de ſapientia ⁊ de nobilitate eiꝰ ꝯmendant̄ in hoc euangelio. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amẽ dico vobis. i. vere. Si quid petieritis patrem i nomine meo dabit vobis. Uſqꝫ modo non petiſtis quicꝗ̃ in noĩe meo petite et accipietis videlicet vt gaudiũ veſtrum plenum ſit. Hec in prouerbijs id eſt obſcuris verbis locutꝰ ſum vobis. venit hora cum iam non in ꝓuerbijs loquar vobis ſed palã de patre annunciabo vobis. illo die in nomine meo petetis ⁊ non dico vobis. qꝛ ego rogabo patrem meũ pro vobis. Ipe eĩn pater amat vos qꝛ vos me amaſtis et credidiſtis quia a deo exiui. exiui a patre et veni in mundũ. iterum relinquo mũdum et vado ad patrem. dicunt ei diſcipuli. Ecce nũc palam loqueris et prouerbium nullum dicis. nunc ſcimus quia ſcis omnia et non eſt opus vt quis te interroget. in hoc credimus quia a deo exiſti et ſic patet ſua pietas ibi. petite et accipietis. ſua ſapientia in hoc ꝙ dicitur. nunc ſcimus quia omnia ſcis. ſua nobilitas ibi. exiui a patre et veni in mundum. Nota ꝙ xp̄c exiuit a patre quatuor modis ꝓpter q̃tuor cauſas. Primo aliter exiuit a patre nõ pedũ greſſu. ſed ſicut ros de celo in herbã ad dulcorandum. exiuit a patre ſicut

riuulus de fonte ad terram humectã
dam exiuit a patre ſicut ſplendor a ſo
le ad terram illuminandam. Primo
chriſtus exiuit a patre ſicut ros de ce
lo in herbam ad dulcorandum. vnde
propheta Iſa· Diu ante exitum eius
clamauit deſiderãdo. Rorate celi de
ſuper. Ros enim habet quatuor pro
prietates bonas. Prima proprietas
quia ſanat ſuperfluos humores quia
dicũt naturales magiſtri. Si ros nõ
caderet ſuperflui humores tempore
eſtiuali aſcenderẽt et aerem inficerẽt
ſed ros temperat· idõ apotecarij vtũ
tur rore propter lepram. huius legi/
mus figuram. iiij. Regum: ꝙ leproſi
aliqui fuerunt expulſi ſed intrabant
quoddam caſtrum ⁊ de nocte cecidit
ros quo ſe lauabant et mundati ſunt
ideo nos fueramus leproſi in anima
propter peccata primorũ parentum
et ergo chriſtus exiuit a patre velut
ros de celo vt ſanaret. ait anima de/
uota in Canti. Caput plenum eſt ro/
re. cincinni pleni ſunt guttis. Secun
da ꝓprietas roris eſt quia refrigerat.
vnde illud tempus quo ros cadit in
eſtatem eſt frigidum ð mane propter
rorem. ideo dicũt naturales magiſtri
ꝙ in conchis marinis albis iuxta ma/
re generantur margarite de rore me
diante vẽto aquilonari. ideo ait Iob
Nõne ardorem refrigerat ros. ⁊ iſte
margarite valent contra caducũ mor
bum que dicuntur vniones. ita xp̃us
exiuit vt nos ꝯſeruaret a caſu morta/
lis peccati. quia ros celi in vtero vir/
ginis velut alba concha fact⁹ eſt hõ:
Tercia proprietas roris quia paſcit.
vnde oues libentius paſcuntur i mõ
tibus vbi ipſe ros frequẽter cadit qꝛ
bene nutrit. vnde in Pſ. Sicut ros
hermon qui deſcendit in montẽ ſyon
⁊ ſic dicit Propheta ꝙ patres antiq̃
legis ſolebant oues de mõte hermon
offerre ac imolare in mõtẽ ſyõ. qꝛ ibi
erant paſcua pulcra ꝓpter rorem ce/
leſtem. Item quomodo ros hermon
deſcendit in montem require in ſcd̃a
dñica poſt epiphaniam: Item piſces
paſcunt̃ in aquis de rore celi vt vide
mus aperte. aperiunt os ſuum et ca/
piunt rorem. Item pulli coruorum
paſcuntur de rore q̃diu non habent
nigras plumas ſicut dicitur in Pſ:
Qui dat iumentis eſcam ipſorum et
pullis coruorum inuocantibus eum.
Exiuit igitur vt nos paſceret. itẽ cũ
rore cecidit manna patribus in deſer
to. ita exiuit cum rore celi chriſtus vt
nos paſceret pane angelico. vnde ait
Johanis· Ego ſum panis viuus qui
de celo deſcendi ergo exiuit vt ros.
Quarta proprietas roris ẽ quia dul
corat. vnde apes colligentes mel de
floribus vbi ros cadit dulcius eſt. vn
de Gregorius. Sicut apes in flore.
ita chriſtus in caſta mente· ⁊ ſic patet
ꝙ xp̃s a patre exiuit, velut ros de ce/
lo ⁊c̃. Secundo chriſt⁹ exiuit a patre
et venit in mundũ ſic̃ riuulus a fonte
ad terrã irrigandã. videmus nãq̃ ꝙ
terra non poteſt facere fructũ ſine aq̃
idõ ait Dauid. Aia mea ſic̃ terra ſine
aq̃. qꝛ ſicut terra non facit fructũ ſine
aq̃ ita aia homis nõ potuit facere fru
ctũ meritoriũ niſi xp̃e exieret a patre
⁊ irrigaret aiaꝫ ſuã miſericordia ⁊ gr̃a
hui⁹ legim⁹ figurã. iiij. Regum. ꝙ ari
ditas erat in terra eo ꝙ nõ pluit in tri
bus ãnis ⁊ mẽſib⁹ ſex ꝙ multi hoies
mortui ſunt fame. aſcẽdit helias mõtẽ

et adorauit ſepties et deſcēdit imber
de celo et irrigauit totam terrā. Ita
moraliter ante exitum chriſti ad mun
dum terra id eſt homo de terra erat
aridus in anima. idō petiuit Iſa. Ro
rate celi deſuper et nubes pluant iu/
ſtum. aperiatur terra et germinet ſal
uatorem Sed ſancti patres ab adam
vſqʒ ad noe. a noe vſqʒ abraam. ab a
braam vſqʒ ad moyſen. a moyſe vſqʒ
ad prophetas. a prophetis vſqʒ ad
dauid. a dauid vſqʒ ad xp̄m. et ſic ſep
ties orauit vt xp̄s mitteret pluuiam
ſuper terram de celo gratie ſue et mi/
ſericordie. et pater exaudiuit eos et
miſit. et ſic chriſtus exiuit a patre ⁊ ir
rigauit mundum. vnde ait in ps̄. Cō
creſcat vt pluuia doctria mea vt ros
fluat eloquium meum. et ideo ait Io
hannes in euangelio. In die feſtiuita
tis magne ſtabat ieſus et clamabat.
Si quis ſitit veniat et bibat: et de vē
tre eius fluent aque viue quatuor ri/
uuli ſicut de fonte paradiſi fluunt. ſic
legimus in Geneſi. q̄ de fonte paradi
ſi fluunt quattuor flumina ad irrigan
dum quatuor regiones. vnꝰ per egi/
ptum alius per terram euilath terciꝰ
per arabiam quartus per ethiopiam
ita de chriſto tanqʒ de fonte paradiſi
ſecundi ſancte eccleſie exeūt quatuor
flumina ſanctorum euangeliſtarū ſci
licet mathei luce marci et iohannis.
Nam matheus dicit de chriſti humili
tate. iohānes de chriſti deitate. lucas
xp̄m pro nobis immolatum. marcus
dicit xp̄m nos a mortuis reſuſcitaſſe:
ideo iſta quatuor flumina d̄ fonte pa
radiſi chriſti quatuor euangeliſtarum
irrigauerunt totam terrā. ideo exiuit
a patre in mūdum ſicut riuulus a fon
te ad terram irrigandam. Tertio exi/
uit xp̄us in mundū ſicut verbū ab ore
hominibꝰ p̄dicandum. vnde ait pro
pheta. Miſit verbum ſuū et ſanauit
eos de interitu eorum. Chriſtus enī
per ſuam p̄dicationem multos eripu
it de interitu eterne damnatiōis. ſua
predicatio verbi fuit verbum patris
ſicut quando aliquis mittit nuncium
vt magnus princeps. tunc illud ver
bum quod nuncius loquitur non eſt
nuncij ſed principis qui miſit illū. ita
verbum predicationis chriſti. vnde
ait in euangelio. Mea doctrina non
eſt mea ſed eius qui miſit me patris d̄
cuius ore predicaui vobis regnū ce/
lorum. vnde ſonus verbi chriſti eſt q̄
ſi ſonus leonis rugientis ꝓpter pecca
torum conuerſionem. vnde Iohes i
Apocalipſi. iiij. Vidi inquit iohānes
verbum patris quaſi angelum fortē
deſcendentē de celo amictum nube ⁊
iris in capite. pedes eius velut colū/
na ignis. et dextrum pedem poſuit ſu
per mare. ſiniſtrū ſuper terram ⁊ cla/
mauit quēadmodum leo cum rugit.
et ad vocem eius ſunt congregate
omnes creature. Ita moraliter ver/
bum patris eſt xp̄s qui exiuit d̄ pater
na volūtate q̄ſi angelus magni ꝯſilij
fortis ⁊ potens eſt Iſa. Ip̄e angelus
magni ꝯſilij fortis et potens dn̄s po/
tens in p̄lio. amictus nube id eſt car/
ne alba de puriſſima virgine ſumpta.
Iſa. Aſcēdit dn̄s ſup nubē cādidam.
iris in capite in ſignū recōſiliationis
humane vt patʒ in Geñ. Ponā arcū
meū in nubibꝰ celi vt ſit ſignū federis
inter me ⁊ inter terrā: pedes eiꝰ l' cru
ra velut columne ignis quia colum/
ne ſuſtentant domum vel edificium.

Item predicatio verbi dei edificium
ſancte eccleſie ſuſtentat. dextrum pe
dem ſupra mare id ē penitētes quos
reduxit in amaritudine contritionis
vt ait Iſa. Velut mare contritio tua
ſed ſiniſtrum ſuper terram. Hi ſunt
frigidi in deuotione ⁊ indurati in qui
bus non facit fructum. clamat leo cū
rugitu. dicit enim Iſidorꝰ. ꝙ leo cū
viderit ſuos paruulos mortuos cla
mat rugiēdo tres dies. et per clamo
rem ſurgunt ſui pueri, ita chriſtꝰ leo
de tribu iuda clamauit bina vice. ſed
cum clamorem tercium fecit omnes
reſurgunt. Primum clamorem fecit
in predicatione vbi clamauit in euan
gelio Luce: Omnis arbor que non
facit fructum bonum excidetur et in
ignem mittetur. Secundum clamorē
fecit in cruce vt dicit euāgeliſta Voce
magna clamauit ⁊ emiſit ſpm̄. Tercio
clamabit ī iudicio futuro et oēs reſur/
gemus ⁊ ſic patet ꝙ xp̄s exiuit a pa/
tre veluti verbū ab ore nobis p̄dicā/
do. Quarto xp̄s exiuit a patre ſicut
ſplendor a ſole ad terrā illuminandam
videmꝰ pre oculis qn̄ ſol retinet ſuū
ſplendorē ita ꝙ non tangit terrā tunc
aer obſcuratur terra infrigidatur vie
erunt lubrice dies tenebroſi tēpeſtas
dominatur ⁊ inde venit hyems: ideo
omne tempus quod erat ante xp̄i exi
tum a patre in mundum fuit quaſi hy
ems propter quatuor cauſas. Prio
propter viarum lubricacionem ita ꝙ
fuit lubrica quia anime ambulabant
ad limbum. vnde ait in p̄s. Fiant vie
eorum lubrice et tenebre. Secundo
propter frigiditatem. nam terra re/
ſtrigitur gelu ꝙ arbores nec terra poſ/
ſunt fructum producere Job vltimo
Noſti de cuius ventre exiet glacies
et hyems. Tercio propter tempeſtuo
ſitatem aeris Job. Exterioribus egre
ditur tempeſtas. Quarto ꝑpter ope
randi difficultatem. homo modicum
poteſt aliquid boni operari. Eccleſi.
Qui colligit lapides in hyeme quaſi
qui edificat domum ſuam de impen/
ſis alienis. Ita ſpūaliter hyems erat
ante Xp̄i exitum in mūdum propter
lubricitatem vie. quia nullus ita ſan/
ctus fuit quin oporteret ipm̄ pꝰ mor
tem viam ambulare ad limbum. Itē
propter tempeſtuoſitatem diuine ire
ꝑpter peccatum ita ꝙ multi ſunt ſub
merſi. Item ꝑpter operandi difficul/
tatem quia nulla erāt meritoria. Itē
propter frigiditatem dilectionis diui
ne homo erat frigidus ad diligēdum
Sed venit chriſtꝰ a patre tanꝗ ſplē/
dor a ſole qui habet viam mundifica/
re et nobis demonſtrare ad eternam
vitam. Item opera noſtra meritoria
facere Item tempeſtatē ſedare Item
terram inflammare et ſplendor a ſole
exiens producit eſtatem. quia omne
tempus ab illo exitu chriſti eſt quaſi
eſtas producens flores virtutū. hoc
conſiderauit anima deuota dicens in
Canticis. Iam enim hyems tranſijt
imber abijt et receſſit flores in terra
noſtra apparuerunt. et hoc propter
ſplendorem diuine illuminationis q̄
exiuit a patre: ergo ad thema. Exiui
a patre et veni in mundum.

In diebus Rogationum.
Sermo. xxiiij.

PEtite ⁊ dabitur vobis Lu.
xvi. Nos videmus quãdo
aliquis homo multum eſu
rit et non habet cibum et non habet
etiam vnde habet viuere quia ait da
uid · Panis cor hominis confirmat
et qui tunc daret ſibi vnum panẽ pl⁹
ipm letificaret ꝙ̄ tempore abundan/
tie daret ſibi totam domum et ſpecia
liter quando talis habet ꝑuulos. vel
eius amicus venit et nihil habet tũc
homo tribulatur magis ꝓpter amicũ
vel paruulos ꝙ̄ de ſeipſo. ido ait Je
remias. Paruuli petierunt panem ⁊
erat qui frangeret eis. Jta ſpirituali/
ter chriſtus habet in hoc mundo mul
tos paruulos id eſt homines fideles
in ipm credẽtes ⁊ ſpecialiter paupes
ſunt ꝑuuli chriſti quoniã ipſorum eſt
regnum celorum. et qui illis hic ſub/
uenit tanꝙ̄ filijs et amicis chriſti ⁊ ꝗ̄c
quid eis fecerit chriſto in propria per
ſona facit. vnde ipſe ait Math. Q̄d
vni ex minimis meis feciſtis mihi fe /
ciſtis. Mittit ergo eos ad petendum
⁊ qui eis hic ſubuenit in modico in p̄
ſenti vita magis letificat ⁊ propriam
animã quam poſt hanc vitam vel tẽ/
pore mortis vel poſt mortem daret ꝓ
chriſto daret totam domum. et ideo
ait in verbo thematis. Petite et acci
pietis vt qui ſubuenit proximo pro/
pter deum quicquid petit pro ſalute
anime ſue impetrabit. et hoc patet in
euãgelio hodierno. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis parabolã hanc. Quis
veſtrum habet amicum et venit ad il
lum in nocte et dicit. Amice bone ſur
ge et accomoda mihi tres panes q̄a
amicus meus venit et non habeo q̄d
ponam ante illum et deintus rñdẽs
dicit: Jam hoſtium meum clauſum ẽ
et pueri mei ſunt in cubili nõ poſſum
ſurgere. et ille pulſat perſeuerans et
petit iterum. tandem ſurgit propter
improbitatem et dabit illi quotquot
habebat neceſſarios ipſe bene facit.
ſed ego dico vobis. Petite et dabi/
tur vobis. pulſate et aperiet vobis.
querite et inuenietis. Omnis enim
qui petit pro ſalute anime accipit. et
qui querit gratiam inueniet. et aperi/
etur porta ſalutis anime pulſanti per
orationes et per bonas operationes
Quis autem ex vobis patrem petit
panem videlicet naturalem patrem
pro naturali pane. nunquid dabit il/
li lapidem certe non. aut petit a pa/
tre piſcem nunquid dabit filio peten
ti piſcem ſerpentem. aut ſi filius a pa
tre petit ouem nũquid dabit illi ſcor
pionem pro oue certe non. quia eſt
pater naturalis. Si ergo vos cum
ſitis naturaliter mali et bene noſcitis
bona data vobis a deo dare filijs ve
ſtris. quantomagis pater veſter cele
ſtis de celo dabit ſpiritum bonũ gra
tie et veritatis. et vitam eternam p⁹
hanc vitam dabit petentibus. cum er
go ad thema. Petite et dabitur vo/
bis. Debemus autem petere quatu/
or. Primo ꝓ peccatorum remiſſiõe.
vnde ait Dauid in pſ̄ petendo. Mi/
ſerere mei deus ſm̄ magnam miſeri/
cordiam tuam. Secundo pro gratie
infuſione. Tertio pro eterna manſio
ne. Quarto pro tribulationis libera
tione. Primo dico ꝙ vnuſquiſꝙ̄ fi/
delis debet petere ꝓ peccati remiſſi
one. vnde Dauid. Omnes iniquita
tes meas dele petendo miſericordiã.

Nam videm⁹ qñ homo eſt in vincu/
lis petit pro liberatione vt patet de
ioſeph in Geñ: q̄ ioſeph in egipto ſe
debat in captiuitate et pincerna pha
raonis ſedebat cum eo et liberabatur
tunc petiuit ioſeph pincernam dicēs
Peto te memento etiam mei ſcilicet
vt ſuggeras id eſt conſulas regi ſcili/
cet pharaoni vt ſaltem etiam ꝛ me ſci
licet ioſeph educat d' iſto carcere. Ita
ſpiritualiter aliter homo in peccatis
mortalibus eſt in carcere pharaonis
id eſt dyaboli. debet igitur petere pin
cernam altiſſimi regis videlicet chri/
ſtum qui poteſt nobis propinare de
cellario dilectionis gratiam et miſeri
cordiam. vnde ait anima in Canticis
Introduxit me rex in cellam vinariā
ordinauit in me caritatē et exaudit ꝛ
liberat de vinculo mortis peccatorē
vt poſſet dicere. Laque⁹ ꝯtritus eſt ꝛ
nos liberati ſum⁹. Itē in pſ. Anima
noſtra ſicut paſſer erepta ē de laqueo
venantium. Item videm⁹ qñ homo
eſt infirm⁹. ꝛ ſcit medicum qui poteſt
ipm ſanare certe petit eum diligēter
vt ſanet. ita homo cognoſcens ſe in
anima infirmum petit medicum pro
ſalute aie ſue ſicut Dauid dicit in pſ.
Miſerere mei domine quoniam infir
mus ſum ſana me quoniā ꝯtubata ꝛc̄
Sed heu multi ſunt qui petunt qđ ē
contra ſalutem anime ſue. et iſti non
exaudiuntur. huius legimus figuraʒ
in. iij. Regum. Salomon ſedebat in
throno gratie dans omnibus peten
tibus quicquid petebāt. ſed venit fra
ter ſuus adonias ꝛ petiuit vt daret ſi
bi pulcram puellā virginē paupculā
vt ipſam violaret. rñdit ſalomon q̄ꝫ
uis frater ſuus. In hac petitione nō
exaudiam te quia petis contra hono
rem regni dicens. Nunquid ego ſum
rex et frater me⁹ es genere regali pe/
Luc. Sic luceant opa veſtra bona vt
videntes glorificent patrem veſtrū
qui in celis eſt. Item qꝛ lux lucet ad
multas immundicias mūdi. vt patet
de ſale et tm̄ nō maculatur. ita iuſtus
homo inter infideles peccatores pre
dicat verbum dei et multos peccato
res videt et ſupbos mūdi et tamē in/
de nō maculat̄ in conſciētia nec ī aīa.
vnde Paulus ſcribit ad thimoteum
cōdiſcipulum dicēs et thytum. Con/
uerſatiōem veſtram inter gentes ha/
bentes bonā vt emendent̄. qui vos
videant. Huius legimꝰ figurā Exo.
v. Dominus p̄cepit moyſi et ſuis ſuc
ceſſoribus q̄ ſemꝑ deberet eſſe in ta/
bernaculo vel in templo lucerna ar/
dens et nunq̄z extingui quā p̄ſbiter
templi deberet nutrire q̄ non extin/
gueretur oleum infundēdo. ꝓpterea
habet eccīa ex antiqua lege q̄ in om̄i
bus eccleſijs cathedralibus ⁊ religio
ſoꝝ habent lucernas vl' lampades q̄
nunq̄z debent extingui. Ita ſpūaliter
lumen iuſticie iuſti hōis nunq̄z debet
extingui in templo conſcientie vt aīa
videat opa deifica ⁊ ſꝑ debet infundi
oleum pietatis vt non extinguat̄. et

tūc talis iuſtus ī cuius corde eſt lam/
pas caritatis et infundit̄ oleum hūi/
litatis debet cōmunicare omnibus in
trantibꝰ ecciam ſuā lumen ꝑ exempla
bona inſtructiōes bonas et ꝑ orōes
deuotas. ſic lux. i. iuſtus multiplicat
fructꝰ bonoꝝ operū et multis ꝓdeſt
ad laudem dei. vnde Grego. Illa vir
tus plures edificat et nobis gloriam
eternā miniſtrat que ī humilitate nu/
trimentū habet vt patz de virginibꝰ
quinq̄z prudentibꝰ que habuerūt lam
pades ardentes. ideo intromiſſe ſunt
ad ianuam vite eterne. ſed quinq̄z fa/
tue nō habentes lampades caritatis
nō oleum humilitatis expulſe ſunt et
porte clauſe ſunt ante eas. et ſic patet
q̄ homo iuſtus dicit̄ lux. ideo lux v /
nit in mundū. Quarto lux dꝛ gloria
eterna Iſa. Erat dn̄s populo ſuo glīa
in lucem ſempiternā Et ratio eſt quia
lux miniſtrat vitam. ita gloria eterna
miniſtrat vitam eternā. ideo ait in pſ̄
Emite lucem tuā ⁊ veritatem tuā ipa
me deduxerūt et adduxerūt in mon/
tem ſanctū tuū. Item qꝛ lux letificat
vt patet de auibus que ſedēt in tene/
bris et nō letant̄. ſed aduenientē luce
nō cantāt ⁊ letantur. ita anime electo
rum hic in tenebris mundi nō ſunt le
te. ſed veniētes ad lucem eternā gau
dent et letantur. Huius legimꝰ figu/
ram Ezech. xliij. dicit ezechiel. Uidi ⁊
ecce aque egrediebant̄ ſublimine do
mus dei vbi erat claritas immenſa et
aque deſcendebant in templū. et faci
es domus verſa fuit in orientem: et
aque ſplendebant vt chriſtallus. cuiꝰ
impetus fluminis letificat ciuitatem
dei. Ita moraliter ꝑ hanc aquā egre/
dientem de domo dei vbi tanta fuit

lux claritatis nota gaudiũ electorum
nam fluminis eius impetus letificat
ciuitatem dei.i. vitam eternã vbi oẽs
gaudent. vnde ait Sap.iiij. Dedi iu
ſtis et electis claritatem eternam vt
luceant coram deo in lumie viuentiũ

Feria tercia.
Sermo.xxxix.

Ego ſum oſtiũ ꝑ me ſi quis
introierit ſaluabit Joh.iiij
Unde notandũ q̃ de9 pa/
ter ab inicio duos ordines tamq̃ȝ in
duobus clauſtris ordinauit vnũ pa/
radiſum terreſtrem alium i celo. Sed
de clauſtro innocẽtie apoſtotauit hõ
qñ expulſus ꝓpter peccatũ fuit de pa
radiſo de clauſtro ſuperiori apoſtota
uit angelus lucifer cũ ſuis Sed deus
pater miſit ꝓprium filiũ vt reuocaret
hominẽ tamq̃ȝ ouem errãtem ſine pa
ſtore. vnde dauid. Erraui ſicut ouis q̃
periit Sed quare nõ reuocauit apo/
ſtatam qui cecidit de ſupremo ordine
ſcȝ luciferum cum ſuis. Ratio eſt quia
homo erat fragilis nature q2 de terra
formatus. ideo magis ei compacieba
tur. Ergo homo petiuit humiliter de
um patrem ꝓ reuocatiõe et liberatio
ne. vt patet de ſanctis patriarchis ⁊
ꝓphetis Sed de humilitate demonis
nullus legit. q2 indurat9 eſt in ſua ſu
perbia q̃ noluit ſe humiliare erga ſu/
um creatorem. ſicut legitur de ſancto
machario epiſcopo qui orauit pro de
monib9 vt eos deus reciperet ad grãs
et compaciebat eoꝝ miſerie Reſpon
dit ei deus. Si vellent ſe humiliare ⁊
veniam petere reciperem eos ad grãm
Tunc poſtea apparuit ei dyabolus in

terrogans eũ quid reſponderet ei do
minus dixit Si velles te humiliare ⁊
veniam petere Rñdit dyabolus hoc
nullo modo faciam ſed deus debet ſe
coram nobis humiliare q2 iniuriã no
bis fecit ⁊ ergo xp̃c ſolũ nobis miſſus
eſt ad illos reuocandos qui ſe humili
ant et pniam agunt et iſti ꝑtinent ad
congregatiõeȝ diuine hereditatis ad
quã ſumus vocati. et hoc patet i euã
gelio hodierno Dixit ieſus diſcipu
lis ſuis. Amen amen dico vobis id ẽ
vere. Qui nõ intrat ꝑ oſtium humili
tatis in ouile ꝯgregatiõis fidelitatis
ſed aliunde videlicet ꝑ viam ſuꝑbie.
et incredulitatis oſtendit. ille eſt fur
et latro. qui aũt intrat ꝑ oſtium vere
fidei huic oſtiarius aperit. qui eſt xp̃c
et oues. i. fideles quos reuocauit au/
dient vocem ei9 ſcȝ ſue p̃dicatiõis. et
ꝓprias oues quas primitus vocauit
videlicet duodecim apl̃os vocat no
miatim et ipas educit. et cũ proprias
oues id eſt apl̃os miſerit vadit ante
eos ꝑ ſpũmſanctũ eos confortãdo. ⁊
vocem eius audiuit et ſequunt. alie/
num nõ ſequunt id eſt dyaboli inſidi
as. ſed fugiũt ab eo q2 nõ nouerũt vo
cem alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiũ dixit eis
ieſus de reuocatiõe hũilitatis Jlli nõ
intellexerũt eũ quid loquebat eis. itẽ
dixit eis Amen amen dico vobis id ẽ
vere ego ſum oſtiũ. Omnes qui ante
me fuerunt fures et latrones. ſic ſunt
dyabol9 ⁊ mũdus. Sed nõ audierũt
eos oues. i. ſancti ꝓphete et electi dei
ꝑ me ſi quis introierit ſaluabit. et pa
ſcua inueniet ſiue egrediẽdo ſiue ingre
diendo ingrediendo egrediendo de
hoc mũo ad patrem. Fur. i. dyabol9
nõ venit niſi vt mactet et furet oues

et ꝓdat condemnando ego veni vt
vitam habeant et abundãcius habe-
ant poſt hãc vitam in eternitate. Ad
thema ego ſum oſtium ꝑ me ſi quis in
troierit ſaluabit᷑ Joh.iiij. Sunt enim
quattuoꝛ ꝑtes mũdi que habẽt ſuas
poꝛtas Oꝛiens habet tres Occidẽs
habet tres. Meridionalis tres. Se/
ptentrionalis tres. ꝑ has tres poꝛtas
opꝫtet nos intrare ĩ gaudium celeſtis
gaudij. Huiꝰ figuram legimꝰ Apoc.
xxij. Uenit ad me vnus de ſeptem an
gelis et dixit mihi veni oſtendam tibi
ciuitatem nouã hieruſalem ſupnã et
claritatem eius ſplendentem. et lapi-
des ꝑcioſi erant in circuitu eius ⁊ ha
bebat murũ altum et poꝛtas duode/
cim ·tres ab oꝛiente. tres ab occiden/
te. tres ab auſtro: et tres ab aquilone
Ita ſpũaliter ꝑ hanc ciuitatem hieru
ſalem nouam. nota celeſtem patriam
cuius lumen claritatis eſt ita magnũ
qꝺ ſplendet a facie dei ꝙ non indiget
ſole neqꝫ luna: Murus eius altus qꝛ
neqꝫ clamoꝛ neqꝫ moꝛs neqꝫ diſcoꝛ/
dia pñt intrare. Hẽt hec ciuitas duo
decim poꝛtas ꝑ quas opoꝛtet vnum
quemqꝫ intrare Pꝛima pars illius ci
uitatis eſt oꝛiẽs. et habet tres poꝛtas
ab oꝛiente que vocat᷑ natiuitas hoĩs
nam ꝑ pꝛimã poꝛtam tranſit hõ cum
naſcit᷑ in mundũ nudus pauper et in
miſeria et in doloꝛe. vñ ait Job. Nu/
dus egreſſus ſum ab vtero mr̃is mee
et nudus reuertar illuc Item idẽ iob.
inter oĩs creaturas paupeꝛioꝛ naſci
tur homo. mendicat etẽĩ lanam de
oue linum de terꝛa coꝛium ꝺ equo vl᷑
boue piſces de aqua et ſic de alijs. et
ſic in paupꝫtate nuditate et miſeria in
trat ꝑ poꝛtã pꝛimã. Scďa ab oꝛiente



natiuitatis eſt poꝛta baptiſmatis que
eſt ianua et poꝛta ſalutis. Pꝛimo eñ
qñ homo ꝑ illam tranſit ibi abſoluit᷑
ab oĩbus peccatis oꝛiginalibus et
ibidem renunciat et abnegat dyabo/
lo et pompis eius et facit omagiũ ipſi
deo ⁊ angelis eius Unde Augꝰ. Ba
ptiſmus eſt pꝛima poꝛta gracie et mi
ſericoꝛdie et oĩm ſacroꝛũ pꝛimus in/
troitus Tercia poꝛta ab oꝛiẽte eſt cõ/
firmatiõis. vnde cõfirmatio a ſanctis
patribus inſtituta eſt· qꝛ qñ homo in/
cipit floꝛere in virtutibus a tribꝰ ſta-
tim impugnat᷑· vicꝫ dyabolo mundo
et ꝓpꝛia carne. ſed debet cõfirmari in
omni bono ſicut ep̃us ſupꝛa ſanctum
oleum et criſma multas legit benedi/
ctiões vt illa confirmatio fiat homini
defenſio contra demonem mundũ et
carnem· Et hec confirmatio venit ex
antiqua lege Nam legimꝰ. i. li. Reg.
Quando filij iſrael intrauerũt terꝛaꝫ
ꝓmiſſiõis ꝑ mare rubꝛũ et ꝑ ioꝛdanẽ
ad poſſidendã eam fuerũt multiplici
ter impugnati ab inimicis: Sꝫ vene
runt ſenioꝛes ad ꝓphetam dñi ſamue
lem et pecierũt vt vngeret eis regem
qui oꝛauit dñm vt mitteret ſibi vnũ
quẽ vngeret eis. et miſit ſibi dñs ſaul
iuuenem foꝛtem et elegantis foꝛme et
ſtature. quẽ ꝓpheta duxit ꝑ poꝛtas ta
bernaculi ⁊ in coꝛnu altaris vngebat
ipm chꝛiſmate in regem dicens Pu/
gna foꝛtiter bella que tibi eueniẽt. ita
ſpũaliter qñ homo venit pꝛio ꝑ duas
poꝛtas natiuitatis et ioꝛdanis bapti
ſmatis et in mũdo incipit floꝛere. tũc
multis impugnatiõibus tribulat᷑ nũc
a mundo nũc a dyabolo. nũc a ꝓpꝛia
carne. debet ergo duci ad epiſcopum
vt vngat ipm in regem virtutum vt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

virilıter pugnet ↄtra vicia. et cū dya
bolus videt ꝙ chriſmate eſt vnctus.
tamq̃ʒ rex fugit ideo a ſanctis patrib⁹
et ꝓphetis noue legis eſt hec cōfirma
tio inuenta. Et ſic ꝑtranſiuit homo ꝑ
tres portas Prima verſus orientem
id eſt natiuitatem. Scd̓a pars ciuita/
tis hieruſalem habet tres portas. et
fuit aquilo. id eſt norden. ꝑ iſtam por
tam tranſit ad infernū. qꝛ ait ab aqui
lone pandet̕ om̄e malū. qn̄ em̄ homo
peccat mortaliter tunc vadit ad por/
tas eterne damnatiōis. debet igitur
peccator reuerti de portis peccatorū
et ire ꝑ tres portas que vadūt ad ciui
tatem hieruſalē Prima eſt contricio
cordis. Nam ſcd̓m doctores. Contri
cio eſt dolor volūtarie aſſumpt⁹ pro
peccatis cū ꝓpoſito confitēdi et ſatiſ
faciendi. Nam qn̄ homo habet verā
contriciōem cordis tūc vadit per pri
mam portā Unde aīa deuota dicit in
Canti. Herbe bone dederūt odorē
in portis id eſt bone cogitationes de
peccatis. Scd̓a porta ab aquilone.
eſt confeſſio oris. vn̄ ſcd̓m Ray. Con
feſſio eſt legittima corā ſacerdote pec
cati declaratio: Aug⁹. in li. de penitē
tia. Cōfeſſio eſt ſalus animarꝫ. diſſipa
trix viciorꝫ. reſtauratrix virtutū. op/
pugnatrix demonū. quid plura. Ob
ſtruxit os inferni et portas aꝑuit pa/
radiſi. vnde qn̄ homo pure confitet̕
omnia peccata que vnq̃ʒ fecit et abſol
uitur a cōfeſſore. tūc vadit ꝑ ſecundā
portam ad ciuitatē hieruſalē. vnd̓ ait
in pſ̄. Introite portas eius in cōfeſſi
one Tercia porta ab aquilone id eſt a
peccatis eſt porta ſatiſfactiōis Satiſ
facere. quid ſit dicit Anſhel. in li. iij:
Cur deus homo. Satiſfacere eſt deo
honorem debitum reddere. Et ſcd̓m
Ray. Satiſfactio conſiſtit in trib⁹ ſcꝫ
oratiōe ieiunio et elemoſina: ꝑ orōem
homo ſatiſfacere pōt cōtra ſuꝑbiam.
ꝑ ieiuniū contra carnis concupiſcen
tiam. ꝑ elemoſinam cōtra auariciam.
qꝛ ſcd̓m petrū ꝑ ieiuniū homo ordina
tur in ſeipō. ꝑ elemoſinā ad ꝓximum
ꝑ oratiōem in deū. Nam qn̄ hō peni
tentiā ſibi iniunctam impleuit tūc ibit
ꝑ terciā portam de peccatis. vn̄ yſa.
Aperite portas et ingrediet̕ gens iu
ſta. Tercia porta ciuitatis eſt ab occi
dente. et habuit tres portas et hec ſi/
gnificat mortē hōis. nam ibi ſol occi/
dit. i. vita noſtra ſubtus terram et hec
pars habet tres portas. per quas hō
vadit in mortē. Prima porta ē ama/
riſſime mortis. nam aīa hōis egredit̕
de ore ꝑ amariſſimā ſeparatiōeꝫ ſicut
videmus ꝙ in ſeꝑatiōe anime om̄ia
membra paciunt̕. oculi etiā vertunt̕
et ſic tūc anima vadit ad primā portā
occidentalem: de iſta porta dr̓ in pſ̄.
Appropinquauerunt vſq̃ʒ ad portas
mortis. Scd̓a porta eſt qn̄ anima iu/
dicat̕ in ictu oculi qn̄ angeli veniunt
et adducūt bona oꝑa eius ⁊ demōes
oꝑa mala. et qn̄ iudicatur ad ſaluādū
ꝑ eternam vitā. Tunc bene pōt veri
ficari illud in ꝓuerbijs vlti. ca. Lau/
dent eum in portis oꝑa eius. qꝛ oꝑa
eorꝫ ſequunt̕ illos. Tercia porta eſt
purgatorij ꝑ quā om̄es hoīes opor
tet ꝑtranſire. ſed tn̄ aliqui non diu ibi
manēt ſed aliqui valde diu ibi manēt
Qui clamant iſtud Job. Miſeremini
mei ſaltem vos amici mei. ſuccurrite
mihi vt cito poſſum trāſire per hanc
portam purgatorij. De iſtis ait Job
Nunquid aperte ſunt porte mortis.

et oſtia tenebroſa vidiſti i purgatorio
tunc ꝑ penas quas ibi patitᷣ frangit
portas ferreas De qua in pſ̄. portas
ereas cōtriuit ⁊ fectes ferreos confre
git. Quarta pars ciuitatis hieruſalē̄
fuit ab auſtro .i. ſuden ⁊ habuit portaſ
tres. Hec porte ſunt introitꝰ ad eter
num gaudiū. Primus eſt introitus
ad felicitatem oīm electoꝝ. nam qñ in
trat conſorciū eorū: tūc ibit ꝑ primā
portam vnde legimꝰ figurā in li. Iu.
ꝙ dña iudith. exiuit de nocte ciuitatē
bethuliam cum ſua ancilla. et iuit vi/
as tenebroſas et deuicit holofernem
et tūc de mane venit ad portas ciui/
tatis et ait. Aperite nobis portas qꝛ
nobiſcum eſt deus. Ita ſpūaliter aīa
egrediēs de corpore ꝑ vias tenebro/
ſas purgatorij, vincit holofernem id
eſt dyabolū qui aīam multū vexat in
purgatorio. donec ipa ſatiſfaciat ibi
pro omnibus peccatis ſuis. tunc aīa
purgata ⁊ victo holoferne id eſt dya
bolo poteſt bene dicere ad angelos.
Aperite nobis portas regni celeſtis.
qꝛ nobiſcū deus. Vicimus eīn holo
fernem et omnes penas mūdi et pur
gatorij. et ſic ibit ꝑ primā portam Se
cūda porta eſt virgo glorioſa quā vi
det velut reginam celoꝝ et dñam an
geloꝝ que eſt porta miſericordie per
quā peccatores poſſunt intrare. vnd̄
de ea canit eccła. Tu regis alti ianua
et porta lucis fulgida tu virgo maria
Tercia porta eſt altiſſima deitatis ap
parentia et claritatis refulgentia que
aperitᷣ qñ homo clarificatꝰ deū vide
bit facie ad faciem. de iſta porta dicitᷣ
in pſ̄. Hec porta domini iuſti intra/
bunt ꝑ eam. ꝑ hanc igitᷣ portam ſi qs
introierit ſaluabitᷣ et paſcua inueniet
id eſt dilectiōem in diuina facie Ergo
ad thema: Ego ſum hoſtiū ꝑ me ſi qs
introierit ſaluabitᷣ. qđ nobis conce/
dat pater et filius ⁊c.

## De ſancta trinitate Sermo. xl.

Altitudo diuiciaꝝ ſapiētie
et ſcientie dei ꝙ̄ȝ in compre
henſibilia ſunt iudicia eius et inueſti/
gabiles vie eiꝰ. ad Ro. qꝛ ariſtotiles
ait. Omnes homīes naturaliter ſcire
deſiderant multaꝝ rerū differentias.
tñ alique res ſunt q̄ nullus hoim ple
ne inueſtigare valeat. que ſunt trium
ꝑſonarū vnitas. et tñ trinitas. Nam
multi voluerūt ſcire ad plenū et aſcē
derunt multos montes. et deſcēderūt
valles. et q̄nto ꝓfundiꝰ inueſtigabāt
et q̄nto alcius cogitabāt tanto minꝰ
ſcire ad ꝑfectam noticiā poterant. id̄
ait dauid in pſ̄. defecerūt ſcrutantes
ſcrutinio. Accedet homo ad cor altū
videlicet cogitando. et exaltabitᷣ deꝰ
in contemplando. Debemꝰ tñ lauda
re tria opera trium ꝑſonaꝝ. que vide
mus manifeſte. Primo opus patris
qui creauit celum et terrā. Unde ait
Augꝰ. Si talem creatorē viderem q̄
talem terrā et tale celū poſſet creare
vellem dicere ꝙ eſſet pater. Secūdo
opus filij ſui. redēptoris qui nos re
demit ſuo ꝓcioſo ſanguine vt teſtimo
niū nobis ꝑhibent qui viderūt et au
dierūt. Tercio opus ſpūſſancti ſue il/
luminatiōis qui illuminat corda ſan/
ctorū ꝓphetaꝝ et aploꝝ. vt ptȝ mani
feſte in ſignis et miraculis. Sed quō
hij tres vnum ſunt et tñ tres ſunt hoc
nullꝰ ꝑfecte ſcire pōt. qꝛ nimis ꝓfun/

de facte ſunt cogitatiões eius. vir in/
ſipiens nõ intelliget hec. nec ſapiens
huius mũdi: Sed poſt hanc vitã vi/
debimus eũ facie ad faciem. Ideo ait
paulus apl's in themate: O altitudo
diuiciaꝝ ꝛc. Nota ꝙ quattuoꝛ ſunt in
ueſtiganda de trinitate. Primo quo
modo ſit in veteri teſtamento decla/
rata. Scd'o quõ ſit in nouo teſtamen
to vel lege demonſtrata. Tercio quõ
ſit in naturis rerũ manifeſta: Quarto
quõ ſignis miraculoꝝ ſit confirmata.
Primo dico ꝙ beata trinitas poteſt
a nobis inueſtigari quõ ſit in veteri te
ſtamento declarata. Et hoc quadru/
plici rõne. Nam primũ teſtimonium
fuit yſaias qui vidit dñm ſedentẽ ſup
ſolium excelſum et eleuatũ quẽ adora
uit omnis terra et duo angeli ſtabant
ex vtraqꝫ pte et clamabãt ſanct⁹ ſan/
ctus ſanctus dñs de⁹ ſabaoth. et hoc
eſt teſtimoniũ primũ. Secundũ teſti/
moniũ antique legis eſt abrahe patri
arche qui ſtetit in hoſtio tabernaculi.
et vidit tres p viam tres vidit ⁊ vnũ
adorauit. Hec oſtenſio fuit ſibi reuela
ta. Nam vidit tres pſonas et tñ niſi
vnam pſonã adorauit. et petiuit et ex
audita eſt oratio ei⁹. q̃ſi di. Tres ſunt
pſone in diuinis. ſed tñ vnus eſt ado
randus. et q̃uis diſtincta ſunt opera
tñ eſt vnus deus. Tercium teſtimoni
um antique legis eſt dauid ꝓphete in
pſalmo dicẽtis. Benedicat nos deus
deus noſter benedicat nos de⁹ et me
tuant eũ om̃es fines terre. In illa au
ctoritate manifeſte oſtendit trinitatẽ
pſonarũ et vnitatem eoꝝ: Unde ait.
Benedicat nos deus pater noſter be
nedicat nos de⁹ fili⁹. benedicat nos
deus ſpũſſanctus: Ecce manifeſte po

nit pſonas ſed vnitatem aperte expri
mit in vltimo vbi dicit. Et metuãt eũ
om̃es fines terre. Quartũ antique le
gis eſt ipſius ſapientis qui dicit. ſol tri
pliciter exurit mõtes. p montes in/
telligunt chori angeloꝝ. vt ait in pſ.
Montes in circuitu eius. nam pater
ſua claritate deitatis exurit montes
angeloꝝ igne diuine claritatis. filius
exurit montes. id eſt cõtemplatiuos
radio cõtemplaciõis. Spũſſanct⁹ cõ
burit montes et exurit mẽtes ſancto
rum eos in ſapiẽtia ſua illuſtrãdo. Et
ſic quadruplex teſtimoniũ habemus
de trinitate antique legis. q̃uis inue
ſtigabiles ſunt vie ei⁹. Secũdo beata
trinitas a nobis põt inueſtigari quõ
ſit in noua lege demõſtrata. ⁊ hoc ſim
pliciter quadruplici rõne. Primũ te
ſtimoniũ trinitatis noue legis eſt xp̃i
domini dicẽtis. Mar. vlt. Dixit dñs
ad diſcipulos qñ celos voluit aſcen/
dere: Ite in orbem vniuerſum. ⁊ p̃di
cate euãgelium omni creature. id eſt
om̃i homini baptiſantes eos. in noĩe
patris et filij et ſpũſſancti. vbi manife
ſte exprimit trinitatẽ. Et dicit beatus
philippus ad ieſum. Dñe oſtende no/
bis patrẽ ⁊ ſufficit nobis. Reſpondit
dñs. philippe. ego et pater vnũ ſum⁹
qui videt me videt et patrẽ meum et
ſpũm ſanctũ mittam vobis a patre et
filio ꝓcedentẽ. Secundũ teſtimoniũ
eſt iohannis euangeliſte. Unde dicit
in Apoca. Uidi ante thronũ quattu
oꝛ animalia. et in circuitu throni an/
geli die ac nocte cantabãt ſanct⁹ ſan/
ctus ſanctus dñs de⁹ omnipotens q̃
eſt qui erat. et qui ventur⁹ eſt ſanct⁹
pater omnipotẽs qui erat ab eterno.
ſanctus filius dñs qui venturus eſt

iudicare viuos et mortuos et ſpūſſan
ctus qui eſt illuminator. conſolator.
viuificator et inflammator cordis ho
minis in omni tp̄e bono. Terciū teſti
moniū eſt pauli apoſtoli dicentis. Ex
ip̄o. et p̄ ip̄m. et in ip̄o ſunt omnia. ex
ip̄o tanq̄ȝ a patre creaturaꝝ oīm crea
tore. p̄ ip̄m tanq̄ȝ p̄ filium redempto
rem. in ip̄o tanq̄ȝ ī ſpū ſancto ſunt oīa
diſtincta ordinata illuminata et crea
ta p̄ patrem. et illuminata p̄ ſpūmſan
ctum. et redempta p̄ filium. Quartū
teſtimoniū eſt de canonica vel epiſto
la Joh. qui dicit tres ſunt qui teſtimo
niū dant in celo. pater verbū et ſpūs
ſanctus. Et hij tres ſunt vnū. In his
verbis deſcribiť diuinaꝝ p̄ſonarū di
ſtinctio. et hoc ibi. Tres ſunt qui teſti
moniū dant in celo. Secundo p̄ſona
rū vnitas ⁊ hoc ibi. hij tres ſunt vnū
In his excludiť error hereticoꝝ quo
rundam qui dicūt q̄ nō ſunt tres p̄ſo
ne in diuinis. ſed pater cum vult eſſe
filius. et filius cum vult eſt pater et
ſpūſſanctus cum vult eſt pater ⁊ fili⁹
Et ideo dicunt tres ſunt. et hij tres
ſunt vnū ⁊ ſic patet teſtimoniū quod
inueſtigari pōt noue legis Tercio be
ata trinitas pōt a nobis inueſtigari.
vtrū in rebus viſibilibus pōt demō/
ſtrari. et hoc ſimiliter ī quattuor. Pri
mo in ſole ſplendēte. q2 ſicut ī ſole na
turali oculus noſter videt tria videli
cet quantitatē. ſplendorem. et ignem
Ita in tribus p̄ſonis tm̄ vna p̄ſona ē
in eſſentia. Rotunditas quantitatis
ſignificat patrē. q2 id q̄d eſt rotundū
nō habet principiū neq̄ȝ finem. ſplen/
dor ſolis ſignificat filiū ſeu p̄ſonam fi
lij qui eſt ſplendor a patre p̄cedens.
ſicut lumen de lumīe. ignis ſolis ſigni



ficat ignem ſpūſſancti qui miſſus eſt
apoſtolis in ſpecie ignis. q2 ſicut habꝫ
inflammare vt germinet. ita ignis ſpi
ritusſancti Secūdo pōt in ſpeculo vi
ſibili demonſtrari. Nam q̄ntumcūq̄ȝ
ſpeculū magnū fuerit in ſe. tm̄ in eo n̄
reſplendet niſi vna imago ſed ſi diui/
dis ſpeculum in tres partes in quali
bet parte a p̄paret eadem imago. Ita
in ſpeculo eterno ip̄ius trinitas vide
tur imago vna deitatis et tm̄ ſunt ibi
tres p̄ſone et in qualibet p̄ſona reful/
get ſicut in alia Tercio pōt oſtendi in
fonte fluente. nam ſicut fons fluens e
mittit riuulum et de riuulo qui proce
dit de fonte ſit congregatio aquaꝝ q̄
lauat. mundat et potat. ita pater eſt
fons et origo oīm creaturarū. vn̄ pſ.
Sitiuit anima mea ad deū fontem vi
uum q̄n veniam et a p̄parebo ante ⁊c.
ſicut de fonte riuulus ſic filius a pr̄e.
Sicut aquaꝝ congregatio p̄cedit de
fonte et de riuo. ita p̄cedit ab vtriſq̄ȝ
p̄ſonis aqua ſpūſſancti hoīes lauās:
mundans et creans. vn̄ dicit Ezech.
Effundam ſup̄ vos aquā mundam ⁊
et mundabimini ab omnib⁹ inquina
mentis vr̄is. Quarto demonſtratur
beata trinitas in re viſibili. ſicut ī vite
nam vitis habet frondes flores ⁊ fru
ctus. ita aīa humana ad imaginē dei
creata. ſicut patet in Geñ. ca. i. Facia
mus hoīem ad imaingē noſtrā. Niſi
ibi fuiſſet beata trinitas dixiſſet vtiq̄ȝ
Faciamus hoīem. ⁊c. Et ſicut hec tria
ſunt ī vite ſcꝫ frondes flores et fruct⁹
ita aīa habet memoriā voluntatem ⁊
intellectum. Et ideo ait xp̄e in euan/
gelio Joh. Ego ſum vitis vera ⁊ voſ
palmites qui manet in me et ego ī eo
hic fert fructū multum. et ſic patet q̄

beata trinitas in pſonis et vnitas in eſſentia eſt in rebus viſibilibꝰ demõſtrata. Quarto eſt beata trinitas miraculis confirmata et hoc ſilr in quattuor miraculis. Primũ eſt qd̾ narrat quidam doctor: qui dr̾ eutropius. ꝙ cum quidam ſacerdos nõ credẽs ſanctam trinitatẽ eſſe in vnitate. deberet quendã puerum baptiſare et puertebat illa verba que xp̃c docuit diſcipulos. Ite in orbem baptiſantes eos in noie patris et filij et ſpũſſancti. puertebat aũt illa v̄ba ⁊ dixit baptiſo te in noie patris per filium in ſpũm ſanctũ Et ſtatim aqua diſparuit. ⁊ alius preſbiter accedit credẽs: et baptizauit recte. tũc aqua ibi reuerſa eſt. et coram oĩ̄ populo factũ eſt iſtud miraculũ. Secundũ miraculũ narrat frigobertus. cum quidã ſacerdos dubitaret ⁊ ſtaret in altari legens miſſam de trinitate. cogitans ꝙ nõ poſſet eſſe trinitas pſonarꝫ in vna eſſentia. et cum ſtaba ſic cogitando et dubitando in memoria. ſtatim apparuerũt tres p̄cioſi lapides coram illo in altari. et in quolibet cornu altaris erat vnus lapis ex oppoſito. et in medio tercius ⁊ ſtatim paulatim tranſibant in vnũ ſcꝫ in mediũ et erat vnus lapis p̄cioſus. et ille ſtatim poſt miſſam faciens cõfeſſionẽ ⁊ retinuit lapidem iſtum pro magnis reliquijs et valuit infirmis ad medelam. Terciũ miraculũ legimus in ſcolaſtica hyſtoria ꝙ in natitate xp̃i tres ſoles orti ſunt in oriente ac paulatim redacti ſunt in vnũ ſolem. in ſignũ ꝙ ante xp̃i natiuitatẽ nõ erat niſi noticia vnius perſone in diuinis ſcꝫ patris Sed mediãte xp̃o tres pſone fuerãt manifeſtande in vna eſſentia Quartum miraculũ fuit beati auguſtini: nã ipſe voluit componere eſſ librũ de trinitate et ibat iuxta mare cogitando. ſcꝫ qualiter ꝙ poſſet componere ꝙ non erraret. et vidit quendã puerũ ſedere iuxta mare qui faciebat foueam. et habuit coclear aureũ volens mare exhaurire in illam foueã. Et auguſtinus mirabat̾ dicens. Quid facis tu. Reſpondit. volo mare fundere in hãc foueam. reſpondit. hoc eſt impoſſibile. et ait puer. ita impoſſibile eſt te ſcire poſſe fundamentaliter qd̾ cogitaſti. ſꝫ cred̾ ſimpliciter et fides tua ſaluum te faciet et diſparuit ꝛc̃.

## De venerabili ſacramento Sermo. xli.

Hic eſt panis qui de celo deſcendit. Joh. vi. Nota qñ homo debet longã viã ambulare indiget pro via pane. qꝛ dicit in pſalmo Panis cor hoĩs cõfirmat. Et ratio eſt. qꝛ ſemꝑ agit calor naturalis in humidũ. et iſta ſunt cõtraria. ſcꝫ ignis et aqua. ita ignis naturalis ſemꝑ trahit ad ſe aquã humiditatis hoc eſt ſanguinem vt digerat humidũ. qd̾ inuenit in homie. et niſi homo reciꝑet cibum et potum ignis talis totũ corpus cõſumeret. vt patet qñ aqua fundit̾ ſuꝑ calidũ lapidẽ. tũc ignis in lapide cõſumit aquã cito Ita ſpũaliter oportet aiam ambulare poſt hanc vitã ad longam viam videlicet celeſtis glorie. iõ indiget bona refectione anteꝙ̃ exeat. et illa refectio eſt verbum dei et ſacramentum corpis et ſanguinis xp̃i. qꝛ ſicut corpus viuit cibo naturali. ita aia cibo ſpũali. Unde ait dñs. Math. iiij Non i ſolo pane viuit homo ſed etiã a cibo ſpũali id eſt ſacramentali. Niſi

igitur anima accipiat hũc panem ſanctum. tũc peccatum qđ facit de die in diem. ſicut ignis conſumit omnes vires anime et qñ recedit de corpore et non accipit de iſto pane deficit in via celeſtis gaudij. Ideo ait dñs in euangelio hodierno diſcipulis ſuis et turbis iudeoꝝ. Caro mea quã reliq̃ vobis in memoriale mee paſſiõis vere eſt cibus ⁊ ſanguis quem conſecraui in calice de vino qui ſignificat ſanguinem quẽ fudi in cruce vere eſt potus. Qui ergo digne mãducat carnẽ meã et bibit ſanguinem meũ i me manet. et ego in illo. Et tũc ait diſcipulis in ſpeciali Sicut me miſit pr̃ viuens in deitate. ita ego viuo ꝓpter patrem in eadem deitate. et qui mãducat me viuet ꝓpter me. Hic eſt panis qui de celo deſcendit nõ ſicut patres veſtri manducauerũt manna in deſerto et mortui ſunt. qꝛ illud manna comedebant ꝓpter tempalem eſuriem. Ideo mortui ſunt. ſed qui manducat hunc panem quẽ ego vobis reliqui in memoriã meam non morietur anima in eternũ ſed viuet mecũ eternaliter Ergo ad thema. Hic eſt panis qui de celo deſcendit. Unde iſte panis ſacramentalis quattuoꝛ vtilia homini digne ſumenti pſtat. Ideo ait apl' s ad Chorinth. in hodierna epl'a. Probet aũt ſeipm homo vt ſit dignus. et tunc de pane illo edat et đ calice bibat. primo a peccato purgat. ſcđo graciã donat. tercio in tentatiõe cõfoꝛtat. quarto vitam eternam ſubminiſtrat. Primo dico ꝙ corpus xp̃i digne ſumentibus a peccatis animã purgat. vñ ait dñs luce. xx: Hoc eſt corpus meũ qđ pro vobis datur in remiſſiõem oim peccatoꝝ et homo quotidie peccat ſicut dicit Ioh. Si dixerimus ꝙ peccatum nõ habemus noſipos ſeducim⁹. et veritas in nobis nõ eſt. idõ neceſſe eſt quotidie panem ſanctum ſumere. Nam in primitiua eccĩa xp̃iani omni die cõmunicabant et ſe pꝛepabant et tandẽ p menſem. et tandem ſemel in anno. ita quilibet xp̃ianus ad minus ſemel in anno cõmunicare debet et ſi nõ faceret multum peccaret. et tandẽ anima egrediens moꝛeret eternaliter ꝙ aũt a vicijs purgat legimus figurã i. Reg. xiiij. ꝙ ionathas pugnauit cõtra inimicos ⁊ ex laboꝛe fuit feſſus ita ꝙ amiſit viſum et aſcendit montẽ ⁊ inuenit mel et comedit et oculi ei⁹ ſunt illuminati. et iterũ pugnauit. et vicit inimicos ita ſpũaliter homo quotidie pugnat cõtra vicia. videlicet dyabolum trahentem ad ſupbiam mundũ ad auariciam allicientẽ. ꝓpꝛiam carnem peccato luxurie inficientem: De quo anima homis obſcuratur. in oculis cognitionis debet igitur talis aſcẽdere mõtem ſancte vite in quo eſt beneplacitum deo habitare in eo et ibi inueniet dulcedinẽ mellis quod apis id eſt ſpũſſanctus de celo poſuit ſup lapidem altaris in benedictiõe ſacramenti. et ſic anima illuminatur ⁊ pcauẽat ſe ab omnibus peccatis futuris et doleat đ peccatis p̃teritis ⁊ ſit cautus de peccatis pñtibus. Et ideo ſacerdos in altari facit inde mentiõem poſt pater noſter dicens. Libera nos queſumus dñe per hoc ſacramẽtum a peccatis p̃teritis p̃ſentibus et futuris. et ſic patet primũ ſacramentũ xp̃i digne ſumẽtibus. quod purgat a peccatis. Secũdo corpus chriſti digne

xvi. c.
ſramenti gratiam donat ⁊ augmentat
Unde Sapientie. xvi. Preſtitiſti eis
panem de celo habentem omnem de
lectamentum ⁊ ſaporem. Cuius legi
mus figuram Exodo. xvi. q filij iſrael
de mane exierunt et colligebant man
na cecidit cum rore. et qui colligebat
cum auaricia volens multa apprehē/
dere. eo minus habebat. et illud man
na ſeruabatur in archa teſtamenti. in
memoriam poſteris. vt filij eorum ſci
rent mirabilia que oſtendit deus pa/
tribus eorum in deſerto. Ita ſpiritua
liter exiſtens in peccatis mortalibus
et quaſi in tenebris noctis. qui debet
ꝺ mane exire. id ē ſurgere cito et colli/
gere manna. ꝑ gratiam ſancti ſpūs.
quod preſtat omnem ſaporem deuo/
tis. ſed auaris non ſapit et incredulis
ſicut filys iſrael aliquibus qui dixerūt.
vtinam eſſemus in egipto vbi ſede/
bamus ſuper ollas carniū id eſt car/
nalia magis ſapiūt eis ꝗ̄ ſpūalia: Et
ſic filij iſrael habebant māna in archa
federis in memoriā mirabilium dei.
ita etiam ſacerdos debet habere man
na. ſcꝫ ſacramentū in altari vel iuxta
altare. Nam ante archa vbi erat mā
na fuit ꝓpiciatorium .i. locus miſeri
cordie Et quando fuerunt tribulati
ibāt archam vbi erat māna. ⁊ ibi ora
bant dicent. Recordare dñe quomō
eduxiſti patres noſtros. et quomodo
cibaſti eos manna in deſerto. xl. ānis
et facias gratiam et miſericordiā per
māna fidelium quem ſacerdos bene/
dicet in altari. Sed multi ſunt hereti
ci qui contra fidem dicunt qꝺ bene
credunt q chriſtus filius dei benedix
it. ſꝫ q ſacerdos homo peccabilis be/
nedicere non poteſt. Ad quod reſpō
det fides catholica q verbum ſacer/
dotis non eſt ſacerdotis ſed eſt ipſius
xpi. Sicut verba nuncij ſunt dñi q
mittit eum. Si enim ad verba moyſi
virga quam tenuit in manu in ictu o
culi verſa eſt in carnem ⁊ omis aqua
in ſanguinem. et omnis puluis terre
in muſcas ex poteſtate mittētis et nō
facientis. Sic poſſibile eſt credenti q
ad verbum ſacerdotis. quaſi nuncij
poſſunt hec fieri. Item ad verbū Jo
ſue ſol iuit retrorſum in celo tanꝗ nū
cij dei. ergo credenti preſtat gratiam
⁊ non credenti iram dei vt patet de
pharaone qui noluit credere. Ideo
ira dei deſcendit ſupra eum. ⁊ ſic patꝫ
q panis xpi dat gratiaꝫ. Tercio dico
q iſte panis ſacramentalis in tentati
one confortat. Unde legimus figurā
iiij. Regum. xij. q ꝓpheta helyas dor
miuit ſub iunipero ⁊ petiuit vt more
retur ⁊ dormiuit. ⁊ venit angelus do
mini ⁊ portauit ſibi panem ſubcineri
cium. et vas aque. qui ſurgens come
dit et bibit. et ambulauit in fortitudie
cibi illius vſqꝫ ad montem dei oreb.
et ibi loquebatur cū deo. ſicut homo
cum homie Ita ſpūaliter dum homo
temptatur diuerſimode a nuncijs dy
aboli. ſuſcitatur ab angelo. vt fugiat
a peccatis per penitentiam que figu/
ratur per iuniperum: quia iuniperus
eſt acutus. Ita penitētia eſt ſatis du/
ra. et poſtꝗ in penitētia dura requie
uit anima ſurgat ⁊ comedat de celeſti
pane ⁊ aīa ꝯfortat. ita q tpe mortis
ambulabit in fortitudine cibi illius ſa
cramēti vſqꝫ ad montē dei vbi deum
clare videbit. Cōtra hūc aūt articulū

dicunt etiam infideles: Quomodo
poteſt eſſe ſacramentum in tot locis
omni die conſecrandum. Reſpondẽt
doctores et fideles ꝙ ſacramentum
conſecratur verbis xpi. Et ſicut ver/
bum cum loquitur diuiditur in mille
aures: tamen in ſe eſt indiuiſibile: ita
verba ſacramenti. Item dicunt quo
modo poteſt tam magnum corpus
chriſti ſicut pendebat in cruce conti/
neri ſub tali parua hoſtia. Reſpõdẽt
doctores et fides eccl'ie ꝙ ita magnũ
eſt corpus chriſti ſub hoſtia ſicut pen
debat in cruce ⁊ natum de virgine.
Et ponit exemplum. Sicut homo vi
det magnũ turrim in paruo ſpeculo
ſi illud eſt de eo poſſibile in creaturis.
q̄ntomagis in ſubtilitate in diuinis.
Item dicũt infideles Chriſtiani omi
die accipiunt corpus chriſti. ergo mi
nuitur et deum comedunt. Reſpon/
det fides ꝙ caro chriſti eſt ſub hoſtia
et ſub anima. ſub corpore. Quis enĩ
corpus comeditur. tamen anima nõ
leditur. Et ſic igitur patet ꝙ corpus
cum integra fide ſumptum confortat
animam in omni bono opere ⁊ in fid'
et deducet animam poſt hanc vitam
ad montem dei eternitatis. Quarto
corp⁹ chriſti digne ſumptum preſtat
ſumenti vitam eternam et vitam gra
tie. Unde ait domin⁹ ego ſum panis
viuus qui de celo deſcendi. Si quis
manducauerit ex hoc pane viuet in e
ternum. Huius legimus figuram in
Geneſi. ij. ꝙ deus plantauit paradi/
ſum et plantauit in medio paradiſi
pulcerrimam arborem producẽs op
timum fructum. Unde quãdo homo
comediſſet de illo fructu deberet vi/



uere ineternum Ideo poſuit domin⁹
angelum ad cuſtodiendum hominẽ
ne comederet d' ligno vite vt non vi
ueret in eternum poſt peccatũ: Sed
ſi comediſſet ante peccatum in ſtatu
innocentie vixiſſet ineternum. Ita
ſpiritualiter ex qua deus tantam dig
nitatem preſtitit humano generi et il
lam amiſimus. Voluit igitur ꝓprium
filium plantare in medio ſecundi pa/
radiſi que eſt eccleſia tanq̄ arborem
vite fructus vite afferens. Fructus
igitur ſecunde roboris chriſti ſecundi
paradiſi eccleſie eſt corpus chriſti. qd'
ante peccatum homo debebat come
dere ſed poſt peccatum prohibitus.
Ita homo exiſtẽs in ſtatu innocentie
et iuſtitie. debet corpus ieſu chriſti ac
cipere. ſed poſt peccatum non debet
accipere. niſi prius penitentiam agat
ideo ⁊ ſicut cibus arboris vertitur in
corpus hominis ita cibus chriſti Un
de beatus Auguſtinus in ſoliloquio:
O domine cum accepero corpus tu
um in ſacramento tu non mutaberis
in me ſed ego mutabor in te. hic per
gratiam et caritatem. et in futuro per
gloriã quia tu es caritas et q̄ accipit
te in caritate in te manet et tu in eo.
et ſic patet ꝙ chriſti corpus digne ſu
menti vitam eternam preſtat. ergo
hic eſt panis qui de celo deſcendi Si
quis digne manducauerit viuet in e/
ternum. quod nobis concedat qui ſi
ne fine viuit et regnat.

Dominica p̄ma poſt trini
tatis. Sermo. xlij.

Homo quidam erat diues ⁊
induebat purpura ⁊c. Lu.
xvj. Sepe illud domin⁹ qḋ
docuit verbo. poſtmodum confirma
uit exemplo. Superius quidam ho/
mines ab impetu diuitiaꝝ retraxerat
et ad faciendū elemoſinā inducebat
phariſei aūt qui erāt auari eū deride
bant. ideo hoc exemplū ꝯtra eos ad
duxit vbi verificatum eſt illud quod
dixit dominus Math. vij. ꝙ lata eſt
via et ſpacioſa que ducit ad ꝑditionē
et arta que ducit ad vitam: diues qui
dem iuit per latam viam. et ideo per
ditionem incurrit lazarus eīn per ar
tam viam iuit. et ideo inuenit vitam
ſm auguſtinum: Status hoīs tripli/
citer ꝯſideratur ſcilicȝ in vita. in mor
te et poſt mortem. q̄ntum ad iſtū ſta/
tum deſcribit̄ hic diues ⁊ paup: Pri
mus ergo oſtenditur ſtatus hominis
diuitis in vita q̄ fuit valde glorioſus
quia fuit in magnis diuitijs. delitijs
et honorib⁹. Primo ergo fuit in ma
gnis diuicijs. Eſſe autē diuitem non
eſt culpabile. deus autē diuites ⁊ po
tens non abijcit cum ſit potens Job
xxxvi. Et iuſti et ſancti diuites ſunt q̄
deo placuerunt ſicut abraam et cete/
ri patriarche. Sed notandum eſt ꝙ
circa diuicias culpa quatuor modis
fieri poteſt. aut auare tenendo. aut in
debite exponendo. aut nimis diligen
do. aut iniuſte adq̄rendo. et q̄ntū ad
iſtas q̄tuor modos diuites repreben
ſibiles inuenimus. vt patet in euāge/
lio. et ſaltem in tribus p̄mis iſte repre
benſibilis eſſe videtur. Prim⁹ diues
qui auare retinebat eſt ille qui dixit
Luce. xij. Anīa mea habes multa bo/
na repoſita in annos plurimos ⁊c.

Talis erat iſte diues qui auare retinē
bat diuitias ⁊ nihil alijs cōmunicare
volebat. Legitur ꝙ cum alexander ꝑ
quandam ſiluam pergeret ⁊ ipe cum
ſuo exercitu fere ſiti deficeret. q̄dam
ꝓ magno precio ciphum aque ſibi de
dit quē ipe protinus effundi manda/
uit. noluit eīn ſolus bibere. poſtq̄ȝ illḋ
ſuis militibus nō poterat cōmunica
re. E contra dicit auarus Eccleſiaſtici
xi. Inueni requiem mihi. et nunc mā
ducabo de bonis meis ſolus. Sc̄dꝰ
diues fuit qui vane expendebat. ſicut
filius ille prodigus qui acceptam ſub
ſtantiā in vanitatibus cōſumpſit. vt
habetur Luce. xv. Talis etiā fuit iſte
diues qui expendebat in veſtibus cu
rioſis ⁊ epulis delicioſis ſeu delicatis
Et tamen ſicut dicit Joh. criſoſtimus
deus diſpenſatores diuiciarum ſuaꝝ
voluit nos eſſe. per hoc enim manife
ſte patet ꝙ diuitie non ſunt ꝓprie no/
ſtre. ſȝ accomodate nobis. ⁊ idō nos
non debemus eas expendere ad no/
ſtram voluntatem ſed ad fraternam
neceſſitatem. ꝙ non ſunt ꝓprie noſtre
patet in morte. Si enim canis duos
hoīes ſequitur cuius ſit ignorat̄. ſed
cum ab inuicem ſeparāt̄. canis dn̄m
ſuū imitat̄. ſic due ꝑſone ſunt. homo
ſcilicet et mundus et cui⁹ diuicie ſunt
hominis aut mundi ignoratur. ſed
in morte diuicie remanent in mundo
Tercius diues fuit qui nimis diuici/
as diligebat vt ille cui domin⁹ dixit.
Vt habet̄ Luci. xviij. oīa q̄ habes va
de ⁊ vēdḋ ⁊ da paupib⁹ ⁊c. Et ſeq̄t̄. his
auditis ꝯtriſtat⁹ ē qr diues erat valḋ
tal' iſte diues fuit q̄ diuicias nimis di
ligebat. ꝯtra tales hēt̄. i. ad Thi. vi.
q̄ nolūt diuites fieri icidūt i tēta-tōes

et in laqueū dyaboli et deſideria mul
ta. ⁊ inutilia et nociua que mergunt
hominem in interitum. ⁊ nos pocius
mergere debemꝰ eas. ſicut refert Je/
ronimꝰ de ſocrate philoſopho qui col
lecto magno auri pondere proiecit i
mare dicēs. abite peſſuȝ. i. in ꝓfundū
male cupiditates ego vos mergā ne
ipſe mergar a vobis Quartus diues
fuit qui iniuſte acqrebat. iſte fuit villi
cus iniquitatis qui de bonis domini
ſui ditatus fuit. Lu. xvi. ꝯtra tales di
cit Augꝰ. Res quas cupis muſcipla
eſt dum cupis caperis tenes alienuȝ
teneris a dyabolo. Ozee. vij. Factꝰ
eſt effraim columba ſeducta non hn̄s
cor bene ſeducta. quia cū auaris gra
num aliene ſubſtātie vult capere a la
queo dyaboli capitur et bene nō hn̄s
cor ſcȝ in corꝑe ſed in archa. Secūdo
iſte diues in magnis honoribꝰ. q̄a in/
duebatur purpura ad oſtentationem
non debet tamen hō veſtibꝰ gloriari
reſpiciēdo ad peccatū ſuum pctm̄ em̄
fuit cauſa veſtium qꝛ homo an̄ pctm̄
nudꝰ erat. nec veſte induebat᷑. quia
indutus erat veſte innocentie. Unde
videmꝰ ꝙ ſol non indiget veſtimēto
quia indutus eſt ſuo ſplendore Ps.
Amictus lumine ſicut veſtimēto. nec
liliū q̄a indutus eſt ſuo cādore Mat.
vij. Conſiderate lilia agri quō creſcūt
nō laborant neqꝫ nent. Dico autē vo
bis. Quoniā nec ſalomon in omi glia
ſua coopꝰtus eſt ſicut vnū exiſtis. nec
ager quia indutꝰ eſt ſuo virore Luce
xij. Si aūt fenū qđ hodie eſt ⁊ cras in
clibanū mittitur deus. ſic veſtit. q̄nto
magis vos minime fidei. nolite ergo
ſolliciti eſſe dicentes ⁊c̄. Homo ergo
an̄ pctm̄ non indigebat veſtimēto qꝛ

ſu ꝑponendo ꝙ creatus fuit in gratia.
ipe ad inſtar ſolis indutꝰ erat. luce grē
ad inſtar lilij candore innocētie ad in
ſtar agri virore virtutū. ſed ꝑdita ino
centia aduenit verecūdia. tūc d̄s hoi
veſtes pelliceas fecit. Homo ꝑ pctm̄
fuit vulneratꝰ excecatus atqꝫ in futu
ro deprehenſus. ⁊ ideo tanq̄ꝫ vulne/
rato ligamē exhibuit tanq̄ꝫ excecato
velamen a ꝑpoſuit at tanq̄ꝫ furi cau/
terium impreſſit. tale eſt ergo de pul/
critudine veſtiū gloriari quale eſſet ſi
aliquis vulneratꝰ gloriaret᷑ de eo ꝙ
haberet velamen ſericum ſuꝑ vulnꝰ
vel fur de eo ꝙ haberet pulcꝛ caute/
rium: vel excecatus de eo ꝙ haberet
velamen deauratū. Bern̄. q̄ gloriat᷑
de veſte ſimilis ē furi q̄ gloriat᷑ d̄ cau
terio. Scđo nō debet hō gliari de ve
ſtibꝰ reſpiciendo ad ſubſtantiā ſuā. hō
q̄dem eſt tanq̄ꝫ pomū in quo ſunt tria
ſcȝ cortex exterior media ſubſtantia ⁊
granū interius. ꝑ corticē exteriorē in
telligitur habitꝰ exterior. ſicut em̄ cor
tex pomi eſt alba aut rubea. ſic homo
in diuerſis colorib9 veſtiū delectat᷑. ꝑ
ſubſtātiā pomi intelligit᷑ corpꝰ. ꝑ gra
nū interiꝰ intelligit᷑ aīa dum vulgari
ter ipm̄ granum aīa pomi appellatur.
Stultus autē eſſet ille homo qui to/
tum pomum alteri daret et ſibi ſolum
corticem retieret tales ſunt vani glo
rioſi qui dant dyabolo corpus et ſibi
ſolum retinēt veſtimētū glorie vane.
Sed aliqn̄ accidit ꝙ excoriās pomū
corticē ꝓijcit ſubſtantiā comedit gra
nū ſpargit. ſed qn̄ hō ſuꝑbꝰ moritur
veſtibꝰ denudat᷑. caro a vermibꝰ co/
medit᷑. et aīa ꝑ diuerſas penas ſper
gitur: Tercio non debet homo gliari
in veſtibus reſpiciendo ad ſuū finē q

enim induebatur veſtimento purpu
reo cito induebatur ſacco viliſſimo
Job. xvi. Saccum conſui ſuper cutē
meam qui induebatur molli biſſino
cito induebatur aſpero cilicio Ps.
Poſui veſtimentum meum cilicium
qui capucio tunicarum ſuarum orna
batur et fixit margaritas cito decora
bitur vermibus infinitis Job. xxx.
Qui me comedūt ſcilicet vermes nō
dormiunt. a multitudine eorum con
ſumitur veſtimentū id eſt corpus me
um. Tercio iſte diues fuit in magnis
delicijs. quod notatur cum dicitur.
Epulabatur quotidie ſplendide. Ei⁹
enim conuiuia fuerunt lauta. ideo di
citur epulabatur. epule enim ſunt ab
epulentia dicte id eſt talia conuiuia
ducunt ad inopiā. Prouerbioꝝ. xxi
Qui diligit epulas in egeſtate erit.
Fuerunt cōtinua. ideo dicitur quoti
die et talia perdere faciunt temporā
tiam. Prouerbi. xxiij. Noli eſſe in
conuiuijs peccatoꝝ ꝛc. Fuerūt nimis
delicata. ideo dicitur ſplendide. et ta
lia generant luxuriam Greg⁹. Cele/
bramus conuiuia ſine culpa vix poſ/
ſunt pene culpas ſemꝑ comitaꝛ volu
ptas. Nam cum corp⁹ in refectione
delectationis reſoluitur cor ad mane
gaudium relaxatur. ſtatus autē pau
peris fuit ſtatui diuitis omnio ꝯtrari
us Iſte enim fuit in diuitiarum vber
tate. iſte in extrema pauꝑtate. ille pur
pura et biſſo amictus. iſte vlceribus
circundatus. ille abundauit delicijs.
ille indigebat amicis. Et ex his patie
batur grauem temptationem cordis
Iſta enim tria patiebatur iſte pauꝑ
ſcilicet extremam pauꝑtatem. vlcero
ſam infirmitatem. ꝛ grauem tentatio

nem. et tamen quolibet iſtoꝝ ſibi ſuffi
ciebat ad penam. aut paupertas ſine
infirmitate. aut infirmitas ſine pauꝑ/
tate. aut grauis tentatio ſine vtroqꝫ.
Iſta autem tria tangit Greg⁹. dicēs
Quantus putamus fratres cariſſimi
tunc in corde pauperis tumultus tē/
tationes fuit. Certe ad penam pote/
rat ſufficere paupertas vel egritudo.
ſed vt probaretur amplius ſimul ha/
buit ex paupertate ꝛ egritudine tabe
ſcere. Item quātus hunc egenum et
vlceribus obſeſſum tentationes cre/
didis in ſua cogitatione tolleraſſe cū
ipſe egeret pane et non haberet nec ſa
nitatem atqꝫ ante ſe diuitem cerneret
ſalutem et diuicias habere, tam volu
ptuoſe. Lazarus enī erat aureum dei
margarita dei et ſtella dei: Ut autem
ſibi probaretur poſitum eſt illud au/
rum in camino paupertatis et nō po
tuit corrumpi poſita eſt illa margari/
ta in ſterquilinio infirmitatis et non
potuit infici. poſita eſt illa ſtella in ne/
bula tentationis et non potuit ob/
ſcurari. Sed modo abſtractum eſt il
lud aurum de camino et poſitum eſt
in theſauro celeſti. leuata eſt illa mar
garita de ſterquilinio et ordinata eſt
in regis ornamento. purgata eſt illa
ſtella ab omi nebula et data eſt nobis
in exemplū. poſita vtriuſqꝫ ſtatu ante
mortem ponitꝛ vtriſqꝫ ſtat⁹ poſt mor
tem. vterqꝫ qͣdem mortu⁹ eſt ꝛ rapt⁹
ſed differēter. Diues qͣdem mortuus
eſt triplici morte. ſcilicet morte culpe
dū eſſet in mundo qua ſeparatur ani
ma a deo morte nature. qua ſepatur
anima de corpore proprio. et morte ge/
henne. qua ſeparatur a viſione dei et
conſortio bonorū. Lazarus mortuus

eſt vnica morte. ſcilicet morte nature
Fuit autem viuus in mundo p grām
modo viuit coram dō p gloriā: Alter
q̄ӡ enim fuit hoc mundo raptus ſӡ dif
ferentes. nā lazarus eſt in ſinu abrae
deportans: Iſta autē deportatio ab
angelis facta eſt in tutamētū cuſtodie
pſ. Angelis ſuis mandauit de te ꝛc.
in ſignū reuerentie ſicut epiſcopi i ma
nibus portant̄ qn̄ introizantur pſ:
In manibus portabunt te ꝛc. Et in ſi
gnū leticie Criſ. Sufficiebat ad pau
perem portandū vnus angelus. ſed
ꝓpterea plures veniunt vt choros le
ti faciant. Diues velut parrochanus
dyaboli ad tumulum infernale dedu
ctus eſt et ibi ſepultus. De qua ſepul
tura dr̄ Iere. xi. Sepultura azimi ſe
pelietur. Sepultura eīn azimi talis ē
ꝙ excoriatur ꝛ pellis a dn̄o ſuo poſſi
det̄ carnes a canibus lacerant̄ ꝛ oſſa
pluuijs et grandinibus exponuntur.
Sic etiam qn̄ aliquis diues moritur
iniquus. parētes ei⁹ poſſidēt terrenā
ſubſtantiā. vermes lacerant carnē ſu
am. ſupplicia infernalia torquēt aīam
que naturam oſſis habebit et cōſumi
nunq̄ӡ poterit. Eccleſiaſtici. x. Cū mo
riet̄ hō hereditabit ſerpētes ſcӡ infer
nales q̄ntum ad animas ꝛ beſtias .i.
parentes vaſtantes terrenā ſubſtan/
tiam. beſtia eīn quaſi vaſtia dicitur et
vermes corrodentes carnē ꝓpriam
Tercio videndū eſt de ſtatu vtriuſq̄ӡ
poſt mortem qui valde diſſimilis eſt.
quia diues eſt in tormentis. ꝛ pauper
in loco quieto. Unde dr̄. eleuauit di/
ues oculos ſuos cum eſſet in tormen
tis ꝛ cetera. Dicit̄ autem tormentuӡ
q̄ſi torquens mentem. Torquebatur
q̄dem diues de gloria lazari quem vi
debat de ſua pena quam ſentiebat. et
de impoſſibilitate remedij deſpera/
bat. pſ. Peccator cum videbit quo
ad p̄mum dentib⁹ ſuis fremet ꝛ tabē
ſcet. Quo ad ſcd̄m. Deſideriū pecca/
torū peribit. Quo ad terciū. Paup
autem erat in loco quieto ſcilicet in ſi
nu abrae. Dicitur autem ſinus abrae
locus ſuperior inferni hn̄s aliquā lu
cem. Et dicit̄ ſinus ꝓpter quietem et
trāquillitatē ſicut ſinū matris dicim⁹
locū a vētis ꝛ temptationib⁹ quietū
Abrae autem ſinus dicitur. quia abra
am fuit p̄ma via credendi. ꝛ p̄mus in
parte abraam p̄dicauit fidem immo
dei.

## Dominica ſecunda Sermo. xliiij.

Homo quidaӡ fecit cenam
magnam ꝛc. Lu. xiiij. Nos
videmus quando aliquis
princeps voluerit aliquod honorabi
le conuiuiū preparare debӡ quatuor
conſiderare: Primo tempus aptum
ad ambulandum vt iſti de longinqui
inuitati poſſunt in vijs ambulare.
Nam ſi eſſet aura pluuialis vel hy/
ems frigidiſſimus tunc non poſſent
ambulare inuitati. Secundo debet
conſiderare locum aptum ad ſeden/
dum honorifice ſine preſſura inuita/
tis. non ſolum ad menſam ſed etiam
ad iocum et gaudium. Tercio debet
d̄ optimis cibis ꝓuiſionem ordinare
et de vino. quia vinum letificat cor
hominis. Et ideo in conuiuijs prepo
nit̄ hoib⁹ vinum optimum quod po/
teſt haberi vt letētur inuitati. Quar
to debet conſiderare ꝙ illud ꝯuiuium

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſtet per aliquod longum tempus vt
labor et ſeruitiū. qđ inuitati exhibue/
rūt nō perdat. Hec quatuor ꝯſidera
uit xp̄c. Nā p̄mo ꝯſiderauit temp⁹ quū
voluit mittere nūcios ⁊ ipſemet veni
re ⁊ inuitare. ⁊ hoc eſt temp⁹ gratie ⁊
miſericordie. Scđo ꝯſiderauit locū.
quia locus vbi preparauit ſcʒ in celo
eſt magnus ⁊ amen⁹. Tercio quo ad
cibos ordinauit ⁊ fecit ꝓuiſionē ma/
gnam. Unde ait Johis. xij. Fructib⁹
cibat eos ibi inuitos. Quarto de diu
turnitate: q2 durabit iſta cena eterna
liter. ⁊ illa patent in euāgelio ſequēti.
Dixit ieſus diſci. ſuis ꝑabolam hanc
Homo quidam fecit cenā magnā et
vocauit multos. et miſit ſeruū ſuū ho
ra cene dicere inuitatis vt venirent:
q2 iā parata ſunt omia. ⁊ ceperūt ſe ex
cuſare. Primus dixit ei: villam emi ⁊
neceſſe habeo exire ⁊ videre illam. ro
go te habe me excuſatū. et alius dixit.
Juga boum emi quinqꝫ ⁊ eo ꝓbare il
la. rogo te habe me excuſatū. Et ali⁹
dixit vxorem duxi. ⁊ ideo nō poſſum
venire. et reuerſus ſeruus nunciauit
hec dn̄o ſuo. Tunc iratus paterfami
lias. dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plate/
as ⁊ vicos ciuitatis ⁊ paupes ⁊ debi
les cecos ⁊ claudos introduc huc. et
ait ſeruus. domine factū eſt vt impe/
raſti id eſt iuſſiſti. ⁊ adhuc eſt loc⁹ va
cuus. Et ait dn̄s ſeruo. Exi in vias et
ſepes ⁊ compelle intrare. vt impleat
domus mea. dico autē vobis ꝙ nēo
virorū illorū q̄ vocati ſunt guſtabūt
cenam mem. Cena iſta eſt gloria cele
ſtis quam homo xp̄c deus prepara/
uit ⁊ mittit ſuos p̄dicatores vt homi
nes vocarent ad cenam eterne glorie
Sed tria genera excuſant ſe propter
tria maxima peccata ſcʒ ſuperbi q̄ no
tant per illum qui villam emit. Scđi
ſunt auari q̄ ſignificāt ꝑ illum q̄ quin
qꝫ paria boū emit. Tercij ſunt luxuri/
oſi qui ſignificantur ꝑ illum qui duxit
vxorem. Et ideo ſeqtur Dico vobis
ꝙ nemo viroꝝ illorū qui vocati ſunt
guſtabunt cenam meā qui venire no
luerūt. Nota ꝙ quadruplex eſt cena
Prima eſt peccati mortalis qua dya
bolo peccator facit cenam. Secunda
infernalis qua dyabolus inuitat pec
catorem. Tercia cena eſt ſp̄ualis gra
cie. qua iuſtus inuitat xp̄m Quarta ē
cena eternalis glorie qua xp̄c inuitat
iuſtum. Prima cena eſt peccati mor/
talis qua peccator inuitat dyabolū.
De iſta cena dicit Judith. xij. ꝙ holo
fernes p̄nceps milicie fecit cenam in
quarta die exercitus ſui. in qua cena
ipſe fuit inebriatus et perdidit vitam
Ita ſpiritualiter holofernes dicitur
peccator qui facit cenam dyabolo in
quarta die. Prima dies eſt ꝙ incipit
accidiari et non habet gratiam eūdi
ad predicationem. ad eccleſiam. ad
miſſam et ad confeſſionem: Secunda
dies eſt. quando incipit cogitari ope
ra mala. Tercia dies eſt quando per
ficit opus. Quarta dies eſt quando
deſperat. tunc dyabolo eſt cena pre/
parata et pompis eius. vn̄ dicit Jo
hannis. Peccatum cum ꝯſummatū
fuerit generat mortem. quia tūc pec
cator moritur in illa cena. et hoc i ani
ma Unde Eccleſiaſtici. xiij. Confun/
dit te in cibis. et exanimat te bis vel
ter. In iſta cena peccati mortalis mlt
ti pauperes irridentur. ⁊ labor et ſan
guis deuoratur. et multi iuſti ſupplan
tantur et trahuntur Unde legimus.

ꝙ ſanctus iohãnes baptiſta venit de
ſerto ⁊ ṗdicauit regnum dei ⁊ carita
tiue arguebat herodem ꝓpter quod
accepit vxorẽ fratris ſui dicens. Pec
caſti quieſce ⁊ fac penitentiã. Et hero
des poſuit ipm̃ in carcerem et fecit ce
nam magnã ſuis ṗncipibus. et in illa
cena fuit traditus ad mortem homo
iuſtus ꝓpter veritatẽ que deus eſt ſic
dixit in euangelio Ego ſum veritas.
Ita multi in ſancta eccleſia faciunt ce
nas vbi veritas excluditur. que veri
tas deus eſt. ⁊ falſitas intromittitur
que dyabolus eſt et ibi conſiliũ inue/
nitur. quõ iuſtus traditur et occidit.
de iſto dr̃ i pſalmo. Sedet in inſidijs
cum diuitib9 in occultis vt in interfi
ciat innocentẽ et trucidet rectos cor
de. et hic eſt dyabolus qui cum eis ſe
det. Et ideo tales qui ſunt iuſti ⁊ non
ſedent in tali cena illos laudat dauid
in pſalmo dicẽs. Beatus vir qui nõ
abijt in cõſilio impiorꝫ. id eſt qui facit
dyabolo cenam. et in via peccatorũ
nõ ſtetit qui ipm̃ inuitant. et in cathe
dra peſtilentie non ſedit. vbi occidit
iuſtus. Et ſic patꝫ ꝙ peccator dyabo
lo facit cenam. Secũda cena eſt infer
nalis quia dyabolus inuitat peccato
rem. et preparat homini peccatori in
anima. Nam ſicut ipm̃ dyabolũ inui
tat hic. ſic dyabolus inuitat eum poſt
mortem ad ſuam cenam. vbi diuerſa
cibaria preparat peccatori De iſta ce
na ſcriptũ eſt Apocal. xi: Ego iohan
nes vidi cenam tenebroſam ⁊ venit
angelus de celo ⁊ clamauit voce ma
gna. Venite aues celi comedite car/
nes regum terre. tunc volucres celi
putridas carnes comederunt hoim̃
mortuorũ. Ita ſpiritualiter reges et



ṗncipes terre ſunt ſuperbi ⁊ auari co
medentes pauperũ ſudorem ⁊ labo/
rem. tunc tempe mortis clamabit an
gelus de celo dicens: vos volucres
celi comedetis carnes regum. id eſt
delectationes et animas eorꝫ ſicut ipi
deuorauerunt iuſtos. ita deuorabitis
animas eorũ eternaliter cruciando.
Iſta cena dyaboli figurata eſt ꝑ iſtã
cenam. de qua legimus Geñ. ꝙ magi (Capite xl)
ſter piſtorũ pharaonis ſedebat in car
cere ⁊ vidit ꝙ habebat ſuꝑ caput ſuũ
tria caniſtra et vnum excelſius alio. ⁊
ſuꝑ ea omnes cibos qui poſſunt fieri
arte piſtatoria et aues celi venerũt et
comederunt de capite ſuo ⁊ illud vi/
debatur ſibi i ſomnis. Et poſt tres di
es educitur de carcere ⁊ occiditur et
volucres celi comederũt carnes. ita
moraliter petõr faciẽs cenã dyabolo
cum peccatis. habet tria caniſtra. qa
cum tribus peccatis maxime inuitat
dyabolus. videlicet peccato ſuꝑbie.
auaricie et luxurie. in quibus ſunt oia
fercula. id eſt oia peccata in his ꝯpre
henduntur. ⁊ vnũ excelſius alijs vi/
cit regem in ſuꝑbia tranſire et perire
ſicut ſpuma ſuꝑ aquam. Quid em̄ ſu
perbia eſt niſi ſpuma que cito perit. et
ideo ſuꝑbus rex pharao ſubmerſus ē
in aquis. ſicut plumbū in aquis vehe
mentibus: et ſic patet tercia mors q̄ ē
mors peccati mortalis que aſſignat᷑
gladio inuidie igni auaritie iaculo lu/
xurie et aque ſuꝑbie. Tercia mors eſt
ſpūalis gratie in aīa qua morit᷑ homo
mūdo et viuit xp̄o. vn̄ apl̄s. Mortui
eſtis mundo et vita vr̄a abſcondita ē
cum xp̄o in gloria. iſta mors aſſimula
tur morti naturali et hoc ꝓpter multa
Primo qn̄ homo debet mori corpus
diſtempatur. Scd̄o nō guſtat. Tercio
vertitur in pallorem. Quarto appeti
tus ſubtrahit᷑. Quinto cor frangitur
Sexto aīa ſeparat᷑. Septimo ſepelit᷑
Ita ſpūaliter homo qn̄ morit᷑ mūdo
primo diſtempatur. q꞉ dolet q̄ deum
offendit ſuis peccatis. et ſic homo du
citur ad dilectiōem dei et ſic languet.
vnde in Canti. Nunciate dilecto q꞉
amore langueo. Scd̄o guſtum mūdi
alis dilectiōis et ſolum celeſtia ſapit.
vn̄ pſ̄. Guſtate et videte qm̄ ſuauis
eſt dn̄s: Tercio in pallorem vertitur.
vnde apl̄s. Caritas oīa ſuffert om̄ia
ſperat. Quarto appetitus ſubtrahit᷑
ab anima morienti mūdo. guſtato ſpi
ritu deſipit oīs hō. hec Aug⁹. Quin/
to cor frangit᷑ ꝑ alieni amoris ſubtra
ctionem. Grego. Diuinus amor a di
lectiōe totaliter occidit: Sexto aīam

ſeparat ab omnib⁹ mūdanis et pacifi
cat in deū. Unde Grego. Caritas ſan
cta pacificat in deū coꝛ vt nulli adhe
reat niſi ſoli creatoꝛi. et ſic anima moꝛ
tua mundo viuit in xp̄o. ſicut in pſ̄.
dꝛ. Mihi adherere deo bonū eſt ⁊ po
nere in deo ſpem meā. et ſic ptꝫ tercia
moꝛs qua homo moꝛit̄ mundo moꝛ
te ſpūali. ⁊ illa moꝛte moꝛtui ſunt oēs
ſancti. Quarto moꝛs eſt moꝛs eterna
lis miſerie vbi amie moꝛiunt̄ et tn̄ vi
uunt. et moꝛi nō poſſunt. De his Jo.
in Apoc̄. Comedent linguas ſuas p̄
doloꝛibus qꝛ optant̄ moꝛtem et moꝛi
nō poſſunt. de iſta moꝛte que eſt val/
de hoꝛribilis dꝛ vna figura in Apoc̄.
xiiij. vbi vidit Johannes angelū cū
falce vt meteret qꝛ meſſes ſup̲mature
et quidq̄d meſſuit collegit ⁊ poſuit in
hoꝛreum dn̄i ſui. tūc alius venit cum
alio falce acuto et quidquid meſſuit
poſuit in ignem ad conburendū in la
cū ire dei magni. Ita ſpualiter moꝛs
eſt duplex. vnde dicit in pſ̄. Precio
ſa eſt moꝛs in conſpectu ſanctoꝝ eius
et ſequit̄ moꝛs ſanctoꝛū peſſima. mit/
titur eīn moꝛs ſanctoꝝ quaſi angelus
cum falce metens iuſtos q̄ſi vineas ⁊
botros ſtātes in floꝛe triticum quos
ponit in hoꝛreū celeſtis gloꝛie. ſed mit
titur moꝛs peccatoꝝ ad modū ange/
li mali cum falce ad metendum pecca
toꝛes. et quidquid meſſuit poſuit i la
cum ire dei magni ad conburendum.
Quare aūt vidit moꝛtē in ſpecie an/
geli metentis certe dꝛ qꝛ qn̄ meſſoꝛ ve
nit ad agrum vbi multe ſpice ſtant q̄
non ſunt mature. nō expectat donec
matureſcant ꝓpter aliquas ſpicas q̄
ſtant inter maturas ſpicas. ita moꝛs
venit qn̄qꝫ improuiſe. et nō curat an

ſpica. i. homo ſit matura ſit p̄arat⁹ ad
moꝛtē ſed multos metit moꝛs q̄ ſtant
adhuc in floꝛe et creſcunt in iuuentu/
te. Item qn̄ meſſoꝛ eſt metens omnes
ſpinas facit circa terram equales que
ſup̲ius nō erant equales. Item moꝛs
facit hoies equales diuites et paupe
res nobiles et ignobiles foꝛtes et de
biles. ideo p̄monet nos ſaluatoꝛ in
euangelio dicēs. Uigilate qꝛ neſcitis
diem neqꝫ hoꝛā moꝛtis qui igit̄ vult
euadere moꝛtem eternā vt nō inter/
ficiat̄ eternaliter moꝛiēdo debet hāc
figuram bene notare. Item legit̄ i iiij
li. Regū Iſmael exiuit in agrū et app̄
hendit pluſq̄ꝫ ſeptuaginta paganos
quos iudicauit p̲ditoꝛes. et duxit ad
medium ciuitatis vt occideret quos
omnes occidit. p̄ter decem qui dixe/
runt. Non occidas nos qꝛ habemus
magnum theſauꝝ in agro tam humo
q̄ꝫ tritico et in oꝛdeo melle ⁊ oleo pro
pter theſaurū dedit eis etiam vitā vt
oſtenderēt ei Ita moꝛaliter moꝛs ſan
ctoꝝ cū exijt ad inficiendū omnes ho
mines. ſed qui habent theſauꝝ in coꝛ
dib⁹ bonoꝝ opeꝝ que figurant̄ p̲ hec
quattuoꝛ. Nam qui vult euadere ſicͭ
illi decem. debet habere theſauꝝ oꝛdi
p̲ oꝛdeū penitētia intelligit̄. Unde in
euangelio Johis. Eſt puer vnus qui
habet quinqꝫ panes oꝛdeaceos. id eſt
quinqꝫ p̲tes pnie. ſcꝫ confeſſiōis. con
triciōis. ſatiſfactiōis. ieiunij. et oꝛōis
Scdo debet habere theſauꝝ tritici.
p̲ triticum nota paſſiōem xp̄i quā dēt
poꝛtare in memoꝛia. Unde dn̄s aſſi/
mulat ſe grano tritici dicēs. Niſi gra/
num frumenti cadēs in terrā moꝛtuū
fuerit ip̄m ſolū manet. Si aūt moꝛtu
um fuerit multū fructū affert. Quia

videmus q̄n̄ granum tritici ſpargit
tūc in ſe moritur et fructum affert ſed
ſi manet integrū tūc non facit fructū
Ita paſſio xp̄i ſi xp̄s non fuiſſet paſſ⁹
nullum fructū ſanitatis ſua natiuitas
feciſſet. Sed exquo mortuus eſt mul/
tum fructū protulit Tercio debet hō
habere theſaurꝫ mellis qui ſignificat
dulcedinem vite eterne vt delerat et
caueat peccatū et guſtet illud mel. vn̄
anima deuota ꝙꝫ dulcia faucib⁹ meis
eloquia tua ſup mel ori meo Quarto
debet habere theſaurū olei ꝯtra mor/
tem eternam. Oleum ſignificat miam
qꝛ ſeruat ferrum a rubigine ſicut op⁹
mie ardet in lampade in eccia in ho/
norem dei ſplendet. Ita aia habens
oleum miſericordie intromittitur vt
ſplendeat coram deo in vita eterna.
vt patet de quinqꝫ virginib⁹ ſapiēti/
bus habentibus ſoleū in lampadibus
ſuis. i. miſericordiā. ideo intrabunt in
vitā eternā: ptꝫ ergo quo ad thema.
Mortuus eſt vnicus filius patris. ita
quadruplex eſt mors. videlicet natu/
ralis q̄ optet nos mori. peccati mor/
talis a qua debemus oīes cuſtodiri
Mors ſpūalis qꝛ moriunt̄ mō̄ hāc
mortem debemus deſiderare. Mors
eterne damnatiōis quā omnes formi
dare debemus ſed vt cū dn̄o viuam⁹

Dominica decimaſeptima
Sermo. lviij.

Ad huic locū Luc. xix. ꝙuis
fides ieſu xp̄i ſit i vita recta
ſalus animaꝝ. ſed tn̄ ſine opibus non
ſanat. Iuxta illud Iaco. Fides ſine
opibus mortua eſt. opa aūt que fiunt
ad credētes ſunt in duplici differētia
Quedam ſunt de ſe tam mala ꝙ non
aliquo modo poſſunt fieri bona in ſe
vt ſunt piuria. ſcurrilia. mendatia adl'
teria. rapina. vſura ꝛc. que a credenti/
bus ſunt ꝓhibita. Unde Ezech. Aia
que peccauerit morte morie̅t niſi pe/
nitentiā egerit. Quedā ſunt in ſe tam
bona opa que fiunt a credentibus vt
nullo modo in ſe pn̄t fieri mala vt de/
um diligere et ꝓximū ꝓpter deū. Un̄
ait Aug⁹. Omnia in ſe habens in ſa/
cramenta malus pōt eſſe malus. ſꝫ ve
ram habens caritatem nō pt eſſe ma
lus. Quedam ſunt in dr̄a tam bona
ꝙꝫ mala. vt ieiunare. orare. elemoſinā
dare. et hec pōt alijs facere ꝓpter va
nam gloriā. vel ꝓpter deū: Un̄ Gre.
Sepe bōa opa homo facit ꝓpter de/
um ſed tn̄ dum vana eſt laus in mēte
hōis illa bona opa annihilauit et de/
fendat. Et ſic de his tribus opibus fit
mentio in euangelio. Primo de his
que ſunt mala in ſe vt inſidiatio diuie
bonitatis. qꝛ xp̄o inſidiabant̄. iō ipm
in domo cōſeruabant Scdo que ſunt
in ſe valde bona vt informatio boni/
tatis in diuino amore. Tercia q̄ ſunt
mala et bona vt ſanatio in ſabbato.
Sed in vera fide ꝓpter lucrū ſupbie
debemus in hac vita locum humilita
tis retinere vt fiant nobis eterne re/
tributiōes. de hoc dicit in pn̄ti euāge
lio ¶ Cum intraret ieſus in domū
cuiuſdam principis phariſeoꝝ ſabba
to manducare panē. et poſtꝙꝫ cū diſci
pulis ſuis manducauit panē obſerua
bant eū: nō propter caritatem ſed in
dolo vt poſſent eum in aliquo cape/
re vnde eum accuſarēt. et ecce porta
uerūt ydropicum ante illum vt ipum
curaret. et hec fuit intentio coꝝ ſi ipm

curaret vellent dicere ꝙ nō ſeruaret ſabbatum. et ſi nō curaret eum vellēt dicere ꝙ nō eſſet miſericors ⁊ reſpondens dixit ad legiſperitos et phariſeos dicens: Licet ſabbato curare. At illi tacuerūt ipſe vero apprehenſum infirmū illum ſanauit et dimiſit eum et dixit eis ieſus. Cuius veſtrū aſin⁹ aut bos in puteū cadēs die ſabbato ⁊ nō cōtinuo extraxit eum et tū nō violauit ſabbatum et non poterant ad hec reſpondere. Videns ibi aliquos ſuꝑbos inuitatos dixit eis parabolam intendens ꝙ primos acubitos deſiderabant: Cum inuitatus fueris ad nuptias in ſupremo loco ne diſcumbas ne forte honoratior te ſit inuitat⁹ ab eo et veniens qui te ⁊ illum inuitauit dicat tibi. da huic locum et tūc incipias cū robore infimū locum tenere. ſʒ cum vocatus fueris vade recumbe i nouiſſimo loco. Cum venerit qui te et illum inuitat dicat tibi. Amice aſcēde ſuꝑius et erit gloria corā ſimul diſcumbentib⁹. q: oīs qui ſe exaltat hūiliabitur. et qui ſe humiliat exaltabitur ergo quo ad themā. Da huic locum.

Nota ꝙ quattuor ſunt loca in quib⁹ oīs creatura cōtinetur Primus hui⁹ mūdi. Secūdus inferni. Terci⁹ purgatorij. Quart⁹ exultatiōis. Prim⁹ locus eſt mundi ꝑſecutiōis et inſecuritatis. qua multis modis homo ꝑſequit᷑ et punit᷑. et ideo dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vos nō eſtis de hoc mūdo ideo ꝑſequet᷑ vos de ciuitate in ciuitatem. Luc. x. ꝙ eīn in mūdo multipliciter ꝑſequet᷑. hoc patet Ezech. xxi. Fili hoīs loquere et clama gladi⁹ acutus gladius. gladius tripliciter gladius vt cedat victimas et populus manu ad manus ꝑcuciet vlulantes ſuꝑ gladios. Ita moraliter qñ hoīes ꝑſequunt᷑ gladio ꝑſecutiōis et tribulationis ſolet manu ad manū ꝑcutere et clamare in celum. Sed modo gladi⁹ ꝑſecutōis eſt que eſt ſimplex in prima etate mundi. In ſecunda ſcʒ legis eſt duplex. ſed mō factus eſt triplex gladius. Primus gladius eſt quo hoīes ſunt martirizati ⁊ decollati vnus aſſatus. alius lapidat⁹. alius alio modo peremptus ita ꝙ oīs ſanguis effuſus ſuꝑ terram a ſanguie abel iuſti hij oēs gladio ꝑſecutiōis mortui ſunt vñ pſ. Effunderūt ſanguinē velut aquam in circuitu hieruſalē. ⁊ iſte ſanguis effundebat᷑ diu fuit in vagina. Nam ante conſtantinū imꝑatorem et ſilueſtrem papam tanta fuit ꝑſecutio in xpianis ꝙ ſepe vna die martiriſati ſunt tria milia ſanctorūʒ alia vndecim milia. alia quinqʒ vt patet de ſanctis de quibus ꝓdicat᷑. tūc regnauit gladius Sʒ tūc ſilueſter papa mūdauit conſtantinū imꝑatorem a lepra. tunc ille dedit pacem eccie et xpianis. ita ꝙ nullus amplius xpianum interficeret ꝓpter fidē et ſic ceſſauit gladius. Sed modo eſt gladius reuocatus in eccia Ita enim ꝙ iam multi pauperes interficiuntur et ꝑſequūt᷑ vt agricole ſanguis effundit᷑ ꝓpterea ſanguis eoꝝ clamat ſuper raptores vindictam ad celum. ſicut ſanguis abel. De quo Geñ. Dñs dixit a cayn. Ecce vox ſanguis fratris tui abel clamat ad me de terra. Scd's gladius eſt diſcordie et inuidie ⁊ quō caritas ceſſauit et inuidia regnat et gladius in mundū intrauit Fuit nāqʒ ab aſcenſiōe domini inter diſcipulos et alios xpianos tanta caritas ꝙ ille

qui habuit duas tunicas dedit vnã n̄
habenti et quidq̄d habuerũt xpiani
hoc erat illis cõmune. poſt hoc cepit
deficere caritas eccie ⁊ dolus inuidia
ſupbia et auaricia intrauerũt ꝓpterea
venit tercius gladius guerre. ꝓpter
defectum caritatis. De iſto gladio dr̄
in Apoc. Ecce aptum eſt ſigillum ſex
ti libri. et exiuit equus rufus: et qui ſu
per illum ſedebat habebat gladium i
manu. et data eſt ei poteſtas vt tolle/
ret de terra pacem Ita moraliter nos
ſumus in vltima etate mũdi ante diē
iudicij ꝓpter peccata hominum vult
deus delere terrã. Ita deꝰ mittit pla
gas in mundũ vt tollat̄ de terra pax.
et hoies inter inuicem interficiantur.
et hoc nunq̄ȝ fuit ita maxime inter xpi
anos ſicut modo. ideo locus mũdi eſt
ꝑſecutiōis et inſecuritatis ⁊c̄. Scd'us
gladius eterne damnatiōis et vindi/
cte ire dei. De hoc gladio dicit ꝓpha:
Niſi ↄuerſi fueritis gladium ſuum vi
brauit. Item ſi acuero vt fulgur gla/
dium meũ et arripuerit iudicium ma
nus mea reddã vltiōeȝ hoſtibꝰ meis
De iſto gladio dr̄ in Apoc. Uidi tro/
num ⁊ qui ſedebat in throno aſpectꝰ
eius terribilis. ⁊ ex ore eius exiuit gla
dius ex vtraq̄ȝ parte ſcindens: ſedēs
in trono eſt xp̄c ex cuiꝰ ore exiuit gla/
dius ex vtraq̄ȝ parte ſcindēs et accu/
tus. q̄ȝ tũc ſcindet tam ad ꝯpus q̄ȝ
ad aiam damnatoꝝ cum dicet ſenten
tiam mortis eterne. Ite maledicti in
ignem eternum. et iſte gladiꝰ ſcindit
quinq̄ȝ vulnera ita ſcȝ a ſocietate oim
electoꝝ Ecce primũ vulnus maledi/
cti. q̄ȝ benedictiōem noluiſtis in ignē
qui nunq̄ȝ extinguet̄: eternum q̄ȝ du
rabit ſine fine. Ideo ꝓuideant iſti no/
biles quibus gladiꝰ defenſiōis eſt cõ/
miſſus ne gladius eterne mortis ve/
niat ſup eos. Scd's locus inferni eſt.
in quo om̄es damnati continent̄. ibi
triplex eſt miſeria d' qua p̄monet nos
ꝓpha zacharias. Scd'o clamat p̄mo/
nendo. O o o filia ſyon que habitas
iuxta babilonem fuge Filia ſyon dicit̄
anima deuota. q̄ȝ ſyon interp̄tat̄ ſpe
culum ſancte trinitatis Et babilon dr̄
ↄfuſio et ſignificat eternam damnati/
onem. ergo p̄monet nos dicens. O
aia deuota que habitas iuxta filiã ↄdã
natiōis fuge ne venias ad eam ſcȝ in
locum tormētoꝝ Dicit̄ ergo ter o o o
ꝓpter tria. Primo eſt ibi o filia ſyon.
fuge quia ibi nlla eſt miſericordia ſed
ibi eſt terra obliuiōis. vnde pſ̄. Obli
uioni datus ſum tanq̄ȝ mortuꝰ a cor/
de. et ſi omni die mille miſſe legerent̄
vni damnato nihil ſibi ꝓdeſt. q̄ȝ in in
ferno nulla eſt redemptio: Et hec iob
ſed ꝓdeſt illis qui ſunt in purgatorio
Unde yſa. Perit ſpes ab impio qua
ſi fumus a vento. Scd'o dr̄. O filia
ſyon fuge q̄ȝ ibi ſunt tenebre terribi/
les. Ideo dicit iob Dimitte me pau/
lulum vt plangam dolorem meũ an/
teq̄ȝ vadam ad terram tenebroſam et
opertam caligine terram miſerie et tene
brarũ vbi nullus ordo ſed ſempiter/
nus horror inhabitat. ergo fuge. Ter
cium o dicit. O filia ſyon fuge ne ibi
venias. q̄ȝ ibi eſt ignis inextinguibil̄.
Unde yſai. xxxiij. Quis ex nobis pōt
habitare cum ardoribꝰ ſempiternis
in loco horroris et vaſte ſolitudinis
vbi nulla aqua eſt refrigerationis vt
patet de diuite in euangelio Luc. viij
Qui fuit in tormentis et paciebatur
in igne in lĩgua et petiuit abraam vt

mitteret lazarum vt extremū digitū
in aquā mitteret et refrigeret linguā
qꝛ cruciabat̕ in flamma. Reſpondit
abraam ꝙ nō poſſet fieri qꝛ ē magnū
cahos inter dānatos et electos: id eſt
magna diſtantia. et ſic patet ſcđm ſcꝫ
locus eterne damnatōis. Tercius eſt
locus purgatorij in quo ſimiliter ſunt
tria mala et tribulatōes. ſed tñ anima
in purgatorio ſemꝑ eſt in ſpe ſaluatio
nis. De iſto loco dicit Grego. iiij. dia
logoꝝ ꝙ anime purgant̕ in diuerſis
locis. alique purgant̕ in igne. alique
in aqua. alique in glacie. vt patet in
paſſionali đ epo theobaldo. cui appor
tabat̕ glacies in qua fuit aīa quā tri/
ginta miſſis liberauit ⁊ in quolibet lo
co ſuſtinent diuerſas penas. ⁊ alique
cicius purgant̕. et alique diucius ⁊ ꝑ
cipue habent tria ve. De quo Joh.
in Apoca Vidi aquilam volantem ꝑ
mediū celi ⁊ voce magna clamantem
Ve ve ve hominibꝫ habitantibus in
terris ſcꝫ in purgatorio in loco tene/
broſo et penaꝝ. Ita moraliter. iſta aq
la eſt beatus Johannes qui ꝯpatur
aquile ꝓpter ſanctitatem et ꝯtempla/
tiōem glorie et pene. Nam in cena re
cubuit ſupra pectus dñi vbi vidit oīa
tam in celo ꝙꝫ in purgatorio. Dicit er
go ter ve ꝓpter penas de tribus pec
catis ad quā oīes hoīes naturaliter
ſunt inclinati. primo ve ſuꝑbie. Vnđ
yſaias. Ve corone ſuꝑbie. qꝛ quidꝗđ
homo ꝑ ſuꝑbiam peccat et non delet
in hac vita ꝑ penitentiā. ꝓ illo ſuſtine
bit in purgatorio ignomiam. i. deſpe/
ctiōem qꝛ diu deſpicit̕ ab electis do/
nec purget̕. vt fiat clarior ſole Vnde
in Apoca. Quantū fuit in delicijs ſu
perbie tm̄ datur ibi de tormētis igno
minie. ergo primū ve habet Secūdo
clamat ve auaris. Multi ſunt qui ſtu
dent auariciā vt dicit Abacuc. Ve ꝗ
congregat nō ſua Et ꝙuis cōfiteant̕
et habeant cōtritiōem et tñ nō ſatiſfa
ciant hic in vita tūc oportet nos ſatiſ
facere in purgatorio. et iſti ſuſtinēt ma
ximos horrores et viſiōes demonū.
ſed tñ nō poſſunt aīas trahere ad eter
nam damnatiōem. ſed cruciant ꝑ hor
ribilem ſuſpectū. vnde Hiere. Ve ti/
bi qui habitas inter ſcorpiōes et ſub/
uerſores qui tecū habitant ergo ſcđo
ve. Tercio ve clamauit. qꝛ ve luxuri
oſis qui cōfeſſi ſunt et ſatiſfactionem
nō faciunt. ideo in purgatorio oportꝫ
eos ſatiſfacere iſti ſuſtinent fetorē ma
ximū. Alique ſunt ad mille annos. ali
que ad diē iudicij. Ideo clamāt quo
tidie iſtud Job Miſeremini mei miſe
remini mei ſaltem vos amici mei. ali/
qñ ducunt̕ de aquis ad calorem niui
um vt pene augmentent̕. Ideo cla/
mat tercio ve. Augꝰ. Igitur peniten
tiam condignā faciamꝰ. vt in temꝑe
mortis accipiamus in breui eternam
gloriā. et ſic patet locus tercīꝰ Quar
tus locus eſt locus vite eterne. đ quo
in pš. Beati qui habitāt in domo tua
dñe in ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. ibi
triplex eſt gaudiū. de quo dicit Apl's
ſic Nec oculus vidit nec auris audi/
uit. nec in cor hominis aſcendit ꝗnta
ſunt gaudia que preparauit deus di
ligentibus ſe. Idō dicit Hiere: a. a. a.
domine deus neſcio loqui. Quia ibi
erit iocundiſſima viſio in facie ſancte
trinitatis que facies illuſtrat totū ce/
lum. Ideo nō indiget neqꝫ ſole neqꝫ
luna. in quā faciem deſiderant angeli
proſpicere vbi homo videt oīa tanꝙꝫ

in ſpeculo preterita pñtia et futura. ergo a. primo. Scd̄o. a. ꝓpter ſocietatem delectabilem vbi angeli et om̄es electi vt fratres habitant in vnū. Vn̄ pſ. Ecce q̄ȝ bonū et q̄ȝ iocundum eſt habitare fratres in vnū: Tercio a domine deus ꝓpter gaudium ſine dolore vnde Joh. in Apoca. Et abſterget deus omnē lacrimā ab oculis eorum Et yſa. Gaudium et leticiā ſuꝑ caput eius erit Ergo a dñe de⁹ et ſic patet d̄ loco eterno vbi eſt gloria eterna ergo quo ad thema. Da huic locum glorie qui fuit bonus in loco huius mūdi et ſe humiliauit. et da huic locum inferni qui ſe in hoc loco exaltauit.

## Dominica decimaoctaua Sermo. lix.

Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. Marci. xxij. Nota q᷑ cor humanū nō pōt ab amore naturali quieſcere. aut diligit terrena. aut celeſtia. Si diligit terrena tūc certe compatur terre. nam terra eſt frigida et ponderoſa. Jta talis hois cor eſt ponderoſum et tardum ad omnia bona et frigidū. vnde Lu: viij. Quoniam ſupabundauit iniquitas refrigeſcit caritas multoꝝ. et ſi cor humanū eſt in dilectiōe occupatum circa celeſtia tūc compat᷑ paradiſo. q2 paradiſus eſt locus altior q̄ȝ terra ⁊ propter hoc diluuium terre nō intrauit paradiſum. Jtem de paradiſo exeūt quatuor flumina Jta de corde diligēti celeſtia et ſpūalia. q2 diligit deū. diligit proximū. diligit parentes. diligit amicos. et diligit ꝓpter deum inimicos. Ut aūt vnuſquiſq; preponat dilectionem dei: et poſtponat dilectiōem terrenoꝝ. dicit dñs in euangelio. qd̄ mō ſequit᷑. Acceſſerūt ad ieſum phariſei. et interrogauerūt eum vnus ſcȝ legiſdoctor tentans eū dicens. magiſter qd̄ eſt mandatū magnum in lege Ait illi ieſus. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua ⁊ ex tota aīa tua. hoc eſt maximū ⁊ primū mandatū Secundū aūt ſimile eſt huic Diliges proximū tuum ſicut teipm. Jn his duob⁹ mādatis. tota lex pendet et ꝓphete. Congregatis populis interrogauit eū ieſus quid vobis videt᷑ de xp̄o cui⁹ filius eſt. dicūt ei dauid. ait ei ieſus. Si filius dauid ē quō dauid in ſpiritu vocat eum dñm cum nō ſit ex lege q᷑ pater vocet filiū ſuū dñm dicēs in pſ. Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuoꝝ. id eſt donec priuem dyabolum poteſtate ſua quam habet in mundo dauid vocat eum dominum. quomodo filius eſt. et nemo poterat ei reſpōdere verbum. neq; auſus fuit quiſq; ex illa die interrogare eum. et ſic patȝ euangelium. quo ad thema. Diliges deum tuum. Debemus autem deum diligere quattuor modis. videlicet. fortiter. ſapienter. ardenter. conſtanter. Primo dico q᷑ debemus deum diligere fortiter. Unde dicit anima deuota in Canti. Fortis eſt vt mors dilectio. quia ſicut morti nullus poteſt reſiſtere nec eum ſuperare: Unde dicit apoſtolus ad Romanos. Quis nos ſeparabit a caritate dei ſcio q᷑ neq; vita neq; mors. Homo enim dicit᷑ fortis in mundo. qui de fortiſſimo hoſte triumphat propter eū quē diligit.

ſicut dauid ꝙ̄pugnauit ꝯtra goliam ⁊
vicit eū ſic pꝫ. i. Regū. Itē hō dr̄ for
tis in mūdo cui nihil eſt difficile ꝓpter
eū quē amat vtꝫ de raptorib⁹ ⁊ de mi
litib⁹ qui ꝓpter ſuos dños exponūt ſe
ꝑiculo mortis. Ita hō dr̄ fortis i ſpūa
libus q̄ ſemꝑ ꝑatus eſt in ſeruitio dei
vn̄ dicit ꝓpheta ſeu poeta. Amor vin
cit omia. Itē hō dr̄ fortis qui ē ligat⁹
vinculis fortiſſimis ⁊ ꝓpter eū quem
diligit diſrumpit oīa vincula. vtꝫ i ſi.
de ſampſone. Sāpſon fortiſſim⁹ liga/
tus vinculis fortiſſimis ab inimicis ⁊
irruit in eū ſpūs fortitudīs ⁊ diſrupit
vincula ⁊ multos inimicos occidit in
agro Ita ſpūaliter exn̄s in pc̄tis mor
talibus in tenebris ſedet ligat⁹ vincu
lis fortitudis pc̄toꝝ. vn̄ in pſ. Funes
pc̄toꝝ circūplexi ſunt me. ſed cū dili/
git dñm deū ſuū ex toto corde ſuo tūc
irruit in eū ſpūs fortitudīs ⁊ abſoluit
⁊ frāgit ꝑ ꝯtritionē ⁊ cōfeſſionē omia
vincula pc̄toꝝ ſuoꝝ: ⁊ tunc pōt bene
dicere illō pſ. diſrupiſti vincula mea
dñe ⁊ tibi ſacrificabo hoſtiam laudis
Itē hō talis bene pōt dici fortis q̄ ali
quid tenet ita fortiter ꝙ nemo pōt de
manu ei⁹ redimere. ita ſpūaliter tal̄
hō bn̄ pōt dici fortis q̄ tenet amorem
dei v̄tutib⁹ adherentib⁹ deo. Vn̄ in
pſ. Mihi adherere deo bonū ē. ⁊ ſic
pꝫ pⁱmū Sc̄do dico ꝙ debem⁹ dilige
re deū ſapienter vt i ei⁹ amore viuā⁹
Nā exn̄s in amore eſt q̄ſi mortis yma
go. vt dic̄ Ioh. in can̄. Trāſlati ſum⁹
de morte ad vitā qm̄ deū diligim⁹. ⁊
q̄ nō diligit deū manet in morte. Si
em̄ deū diligere volum⁹ ſapienter ne
ceſſe eſt vt ip̄m cognoſcam⁹. qꝛ dicit
Aug⁹. Nullū amatū pōt diligi niſi ſit
cognitū et diligat̄ ſub ratione ſapie.

quanto em̄ res nobilior tanto magis
diligit̄: vtꝫ de auro ⁊ argēto. et qꝛ ds̄
eſt ſummū bonū. ergo debꝫ magis di
ligi. Sed qꝛ ſunt aliqui q̄ ſtulte faciūt
qꝛ diligunt vilia ⁊ nobilia ꝯtemnunt
vtꝫ in figura in ſcolaſticis hiſtorijs de
puro moyſi Ergo cū erat triū annoꝝ
ſtabat ante mēſam pharaonis. ⁊ pha
rao accepit coronā de capite ⁊ poſuit
ſuꝑ caput pueri: et puer ꝓiecit ad ter
ram coronā nobilē ⁊ oēs dixerūt. ſtul
ticia ſua eſt. Ita multi ſunt in hoc mū
do quib⁹ aurea corona in capite poīt
quando dilectio dei impⁱmitur in bap
tiſmo per fidem. ſed quando tranſito
ria magis diligit q̄ꝫ bonum eternum.
coronam de capite proijcit in terram
Unde conqueritur Treñ. Cecidit co
rona capitis noſtri. ve nobis q̄a pec/
cauimus. Iſti diligunt deum ſapien/
ter qui referunt grates deo. eo ꝙ nos
cum nihil eſſemus de nihilo creauit
ad ymaginem et ſimilitudinem ſuam
vt patet in Geneſi. pⁱmo Creauit de⁹
hominem ad ymaginem ſuam. crea/
uit etiam hominē valde nobilē quo
ad corpus ⁊ etiam quo ad animā. vn̄
in Pſ: Lauda anima mea dñm. Etiā
deum diligunt ſapienter. quia reco/
lunt beneficium redemptionis. Vnd̄
Johannes in Apocalipſi. qui dilexit
nos ⁊ lauit nos in ſanguine ſuo a pec
catis nr̄is qui pro aliquo intrat mor
tem merito diligit eum. Ita fecit xp̄c
nobis maiorem caritatem nemo ha/
bet vt aīam ſuam ponat quis ꝓ ami/
cis ſuis. etiā ille diligit deū ſapienter
qui refert grates pro miniſterio cre
aturarum. nam deus omnes creatu/
ras ad miniſteriū hominū deputauit

Unde Aug⁹. in libro de confeſſione.
Celum et mare et oia que in eis ſunt
vndiqꝫ dicunt mihi vt diligam te do
mine. Uidemus namqꝫ lunā ſolem et
ſtellas ꝙ ſeruiant homini et terra pro
fert fructum ad indigentiam homis.
et ſic patet ſcdm. Tertio dico ꝙ debe
mus deum diligere ardenter. ⁊ talis
ardor accenditur ꝑ deuotam de deo
meditationem vnde pš. Et in medita
tione mea exardeſcit ignis. pro iſta di
lectione feruente petiuit Aug⁹. in li.
cõfeſſionum dicens. O amor q̄ ſem/
per ardes et nunqꝫ extingueris accē/
de cor meum ⁊ illumina ſenſus meos
vt deum ſuper omnia diligam. dile/
ctio vera compatur igni ſm ſententi
am ſaluatoris Luce. xij. Ignem veni
mittere in terram id eſt caritatem Ig
nis enim naturalis eſt leuis materia:
ideo ad ſumma ſe eleuat. Ita cor deū
diligens ſuper celeſtia meditatur. vn
de Apoſtolus. Noſtra conuerſatio ē
in celis ignis naturalis groſſam mate
riam in ſubtilem vertit. Ita ignis ve
re dilectionis omnia tranſitoria in ce
leſtia et eterna mutat. Item ignis na
turalis accēdit ⁊ calefacit frigida. ita
vere dilectionis ignis cor calefacit fri
gidum ad dilectionem dei. Item ig
nis naturalis illuminat. Ita ignis di
uine dilectionis illuminat rõnem ho
minis. vt deum diligat et cognoſcat.
De iſto igne naturali legimus figurā
in Leuitici. vij. Dixit domin⁹ ad mo
yſen. Ignis in altari meo ſemper ar/
debit. quem ſacerdos nutriet ſubijci
ens ligna: et ideo igne impleuerūt tu
ribula aurea et dicebatur ignis viu⁹.
quia nūqꝫ extinguebatur. quia daba
tur pro ſacrificio. ita ſpiritualiter in al
tari cordis debꝫ ſemper ardere ignis
diuini amoris quem ſacerdos debet
nutrire predicationibus ligna ſubijci
ens dominice paſſiōis chriſti vt cogi
tet quantum deus hominē dilexit. et
ſic impletur turibulum aureum quan
do memoria ardet in deuota oratiōe
Et ſic patet tercium ꝙ deum debem⁹
diligere ardēter. Quarto ꝙ debem⁹
deum conſtanter diligere. nam ſunt
inconſtantes in dilectione q̄ diligunt
hodie opera bona. et faciunt ea in di
uino amore. ſed cras odiūt mala per
petrando. Sed deum diligit anima
deuota in Canticis. Rogo vos filie
hieruſalem id eſt angeli dei cum vene
ritis ad deum mea opera bona p̄ſen/
tando dicite ei. quia amore langueo
ex conſtanti dilectione. Sicut enim
homo eſt in conſtanti dilectione ⁊ nō
poteſt habere quem diligit languet
ex amore. Ita ſpiritualiter homo lā
guet ex deſiderio eterne vite. Cōpa/
tur enī vera dilectio dei languori cor
porali ꝓpter quattuor: Primo pro/
pter guſtū. quia quando hō languet
non ſapiunt ſibi cibaria. Ita homini
diligenti deum conſtanter non ſapiūt
carnalia Auguſtin⁹. diligenti anime
decipit omnis caro. Secundo ꝓpter
euerſionem oculorum. quia qū homo
languet ⁊ vidit haſtiludia ⁊ coreas a
uertit oculos et abhorret talia vide/
re. Item homo deum diligēs abhor
ret omnia tranſitoria et vana. Unde
dicit dominus ad Galat. Crucifixus
eſt mihi mundus et ego mundo. Itē
Greg⁹. Uileſcūt aie oia q̄ habēt i ter
ris. Tercio qꝛ oia ſūt hoī lāguēti ama
ra. Ita lāguor ſpūalis facit hoī amara
oia pctā nō ſolū ſua ſed etiam aliena.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Unde paulus poſtq̃ deũm cõſtãter
dilexit et tota aĩa dixit ad romanos.
Triſticia eſt mihi magna ⁊ continuus
dolor in corde meo vt quicq̃d audio
malum de proximo vel video Quar
to languor naturalis cottidie ẽ deſide
rio videri in amore quem corde dili/
git. vnde in Cañ Sub vmbra illius
ſedi quẽ deſideraui Ita aĩa cuiuſlibet
fidelis que eſt in amore dei ↄtinua nõ
requieſcit donec vidat deum facie ad
faciem. Uñ dauid in pſ̄. dicit. Siti
uit anima mea ad deum fontem viuũ
et non requieſcam donec veniam et
apparebo ante faciem dei mei. Item
quietatur vt nullaꝫ aliam creaturam
querat niſi ſolum deum Unde Aug.
ſuper. Geñ. Una eſt v̊tus ibi amare
qđ videas quod amas et amatũ eter
naliter in tranquillitate poſſidere. er
go quo ad thema. Dilige dñm deuꝫ
tuum ex toto corde tuo fortiter. ſapi
enter ardenter et conſtanter.

## Dominica Decimanona
## Sermo. Lx.

Conſide fili remittũtur tibi
peccata tua. Mat. xi. No
ta ante peccatuꝫ generatio
humana habuit quatuor bonas vtili
tates. Prima fuit libertas. nã liber/
tas preualet auro ſed illum poſt pec/
catum amiſit et facta eſt quaſi filia cap
tiua. Quod conq̃ritur. Iheremias
Trenoꝝ. i. Captiua filia ſyon. ſolue
vincula colli tui. Scđa fuit pulcritu
do. vñ ď ea dicebať Sapie: q̃ꝫ pulcra
et q̃ꝫ decora ſtatura tua. Aſſimulata
eſt palme et illã amiſit et facta eſt qua
ſi nigra. Unde Trenoꝝ Denigrata ẽ
facies noſtra ſup carbones. Tercia
eſt ꝙ fuit virtutibꝰ adornata. ſed pꝰ
peccatum virtutibus ſpoliata. Unđ
Luce. viij. Deſcẽdit hõ ab hieruſalẽ i
iericho ⁊ incidit i latrones q̇ ip̄m ſpo
liauerunt. Quarta fuit ſapientie clari
tas quam amiſit. Unde Aug. ſuper
Geñ ꝙ adam ante peccatum omnibꝰ
herbis omnibus animalibus noĩa im
poſuit. et omnes curſus ſtellaꝝ ſciuit
tanq̃ꝫ optimus aſtronimus. ſed poſt
pctm̃ hec oĩa amiſit. Unđ Apl̄s. Ob
ſcuratum eſt inſipiens cor eoꝝ. ⁊ illud
cognouit homi euenire ſaluator. Ido
ait verbum preallegatũ. Fili conſide
remittuntur tibi peccata tua. quomõ
eñ et quare dicat. hoc oſtendit p̄ſens
euangelium. ſcꝫ quod ſequitur ⁊c.
Aſcendens ieſus in nauiculam et trãſ
fretauit. nam ante trãſibat illud mare
ſine naui vt oſtẽderet ſuam deitatem
ſicq̃ꝫ modo voluit tranſire cum naui
ut oſtenderet ſuam humanitatẽ. ⁊ ve
nit in ciuitatem ſuam que dicitur ca/
pharnaum. quia ibi multa miracula
fecit. Cum intrauit eam offerebant ei
paraliticum iacentem in lecto ⁊ roga
bant eum vt curaret ipſum. quia mul
tos annos erat infirmus. et nullus
medicus poterat ipſum curare. dixit
autem dominus ad infirmum. Conſi
de fili mi remittuntur tibi peccata
tua. Tunc ſcribe et phariſei cogita/
bant inter ſe. Quis eſt hic qui inter/
mittit ſe dimittere peccata. Cum ne/
mo poteſt dimittere q̃ꝫ ſolus deus.
Uidens domine cogitationes illo/
rum peſſimorum. dixit. Quid cogi
tatis mala in cordibus veſtris Quid
eſt facilius dicere. dimittunť tibi pec
cata tua. an dicere ſurge et ambula.

Ut autem ſciatis. quia filius hoīs hā
bet poteſtatē dimittendi homibus ex
ſua diuinitate. Dico tibi paliticę ſur/
ge ⁊ vade. ⁊ tolle lectum tuū. ⁊ vade
in domū tuam Et ſtatim ſurrexit: Ui
dentes turbe timuerūt ⁊ glorificabāt
deum qui dedit talem poteſtatem ho
minibꝰ in terra talia opa facere. ergo
quo ad thema Cōfide fili mi remittū
tur tibi peccata tua. Uñ ſciendum ꝙ
quattuoꝛ modis debemꝰ eſſe filij dei
vt nobis dicit vbū pallegatū. Pꝛio
patri noſtro debemꝰ aſſimulari. ſcdo
ipm diligere. tercio eius coꝛrectiones
pacienter ſuſtinere. quarto in neceſſi
tate ad deū recurrere Pꝛimo dico ꝙ
filij dei ſumus vt nobis dicit hoc ver
bū. debemus noſtro patri aſſimulari
vñ videmꝰ ꝙ ſi filij carnales aſſimu/
lant ſuo patri carnali tūc diligit eos
pluſq̄ȝ ſi nō aſſimularent. Ita certe ē
de nobis ſi ymago trinitatis in q̄ fecit
nos ſimiles ſibi in nobis mūda ſeruet
tunc erimus ſibi ſimiles vtȝ. Geñ. i.
Faciamus hoiem ad ymaginē ⁊ ſimi
litudinē nr̄am. Cū eñ anima de nihi
lo a deo creatur. trinitas ſtatim impꝛi
mit opus trinitatis in ipam. et ſic d̄s
trinus in perſona et vnus in eſſentia
Ita videlicȝ anima vna in ſubſtantia
trina in potētia. nam pater potentiā
vt potenter. ſi vult poteſt reſiſtere oi/
bus impugnācijs dyabolice fraudis
et huius mundi ⁊ carnalibus ꝯcupi/
ſcencijs. et filius impͥmit ſapientiam.
q̄ eſt ſapientia prīs qua anima poſſit
diſcernere inter bonū ⁊ malū. bonū
a ꝑpetendo. malū vero vitando. ⁊ ſpi
ritusſanctus impͥmit in eū intellectū
quo poſſit ſemꝑ bonū ⁊ ꝑficere d̄ vir
tute in virtutem. et poſſit creſcere in



virum perfectū in ſpiritualibus. Hu
ius legimus figuram in Geneſi. Pin
cerna pharaonis vidit vitem vnam
et in ea tres ramos et vuas producē
tes ac mittentes quas vuas accepit
et expꝛeſſit vinum inde in calicem et
dedit regi. et rex acceptauit gratan/
ter et reſtituit eum in gradum priſti/
num. Ita moꝛaliter pincerna phara
onis ſedēs in carcere eſt anima ſedēs
in coꝛpoꝛe vt dicit apoſtolus. Quis
me liberabit de carcere moꝛtis huiꝰ.
illa autem habet tres potencias vide
licet memoꝛiam: voluntatem intelle/
ctum. debet igitur accipe tres vuas
de illis tribus ramis que ſunt. contri
tio: confeſſio et ſatiſfactio. et expꝛime
re vinum ꝯtritiōis in calicem coꝛdis
vnde in Ps̄. Potaſti nos vino con
punctionis. et pꝛeſtare regi altiſſimo
et gratanter acceptat tanq̄ȝ pater cle
mentiſſimꝰ reſtituet nos in gradum
pꝛiſtinum. et ſic in illis tribꝰ potencijs
videlicet memoꝛia. voluntate ⁊ intel
lectu aſſimulamur ſibi. ſi bene has po
tentias regimus tunc nos magis di/
ligit ſicut pater filium q̄ ſimul aſſimu/
latur. Secundo dico ꝙ filij ſumus di
ſi dicat ad nos. Fili remittuntur tibi
peccata tua. neceſſe eſt vt ſibi gratias
pꝛo beneficijs nobis collatis refera/
mus. Und̄ dicit Berñ. Ingratitudo
eſt ventus exſiccans omnem fontem
gratie ⁊ miſericoꝛde. Nam videmus
ꝙ filius habet vitam coꝛpoꝛaliter a
patre. ideo ipſum naturaliter diligit
tanq̄ȝ creatus ab ipſo. et ſpiritualiter
ſumus ꝑ filium dei creati. ideo merito
chꝛiſtum diligimus Uñ Joh. in apo.
Qui dilexit nos et lauit nos a pec/
catis noſtris in ſanguine ſuo. Item

Apl'ſ ad Eph. v. Sicut filij cariſſimi ambulate in dilectione in q̄ xp̄c nos dilexit. q2 nulli creature tantā dilectionē oñdit ſic̄ generi humano. Nā creaturas ſupiores n̄ redimit ſ3 tm̄ hoīe3 ꝛ ipas ſupiores creaturas ad hoīem cuſtodiā ꝯſtituit. Vñ in pſ̄. Angelis ſuis mādauit de te vt cuſtodiant te i oībꝯ vijs tuis. Itē inferiores creaturas ad ſeruiendū ordinauit: vt3 d' ſole ꝛ luna ꝛ ſtellis ꝛ de terra q̄ nobis ſeruiunt cū fructibꝯ diuerſis ꝛ de mari et aquis q̄ nobis ſuiūt cū piſcibꝯ. vñ in pſ̄. Oīa ſubiecisti ſub pedibus eius oues ꝛ boues ꝛc̄. volucres celi ꝛ piſces maris ꝛc̄. Iō debemꝯ ip̄m veraciter diligere ſic̄ filius patrem. vt dicat tibi verbū thematis. Fili mi remittūtur tibi pctā tua. Tūc debes p̄mo oē3 rē ꝓpter ip̄m q̄ntūcunq3 dilectā poſtponere et ip̄m dilectioni tue ꝓponere q2 ip̄e ꝓpter te poſtpoſuit oīa trāſitoria. Itē debemꝯ ꝓpter ip̄m ꝓpriā voluntatem abnegare. ꝛ hec tria ait dn̄s petro. Petre diligis me. reſpōdit petrꝯ. dn̄e tu ſcis q2 amo te. dixit tercio petre amas me. tunc tacuit ad tēpus modicū cogitando quō te ita replicādo te interrogat. amas me: ꝛ rn̄dens petrꝯ tercio dixit. tu ſcis dn̄e q2 amo te. Hic orit' q̄ſtio. Quare ſic tribꝯ vicibus interrogauit. Rn̄detur: interrogauit p̄mo petre amas me ut ꝓpter me oēs creaturas dimittas huiꝯ mōi ꝛ ſequere me. Scd'o petre amas me vt ꝓpter meā dilectōnē inimicum diligas ꝙ eſt ſignum maxime ꝑfectionis. Tercio petre amas me ꝓpter meam ꝓpriam volūtatem teipſū3 relinquis ꝓpter dilectionē dei: relinquit ſeip̄m qui naturaliter eſt ſupbꝯ et facit ſe humilē et qui naturaliter eſt luxurioſus et facit ſe caſtum. et qui naturaliter ē auarus et facit ſe miſericordem. ꝛ ſic p3 ſecundū. Tercio dico ꝙ debemꝯ eſſe filij dei. vt nobis valeat dicere. Fili remittunt' tibi pctā tua eiꝯ correctiones patiēter ſuſtinere. Vñ videmꝯ ꝙ filij boni ſuſtinēt verba dura parentū ꝛ vbera dura. nec ideo turbent' ut ſapiēs in ꝓuer. Qui diligit filiū augmentat virgā: ita ꝛ nos debemꝯ correctiones duras quas immittit per infirmitatem corporis et priuationē rerum temporalium. Exemplum habemus in patre naturali qui ſi habet filium ꝙ tenerrime diligit' et viderit ipſum peccare corrigit ipſum ne maius malum ſequatur. vt in figura cuiuſdam romani. qui habuit filiu3 quē dilexit nomie lucrecius et dimiſit ſibi omnem voluntatem nec correxit. tādem furabatur et apprehendatur. cū ad ſuſpendendum duceretur petiuit vt patri ſuo vnum verbum poſſet loqui. et tandem pater fuit vocatus ad filium et filius dixit. dilecte pater da mihi oſculum anteq3 moriar. et cum pater voluit oſculari filium. filius voluit apprehēdere naſum patris ꝛ mordere dixit ad patrem. Pater ſi me dilexiſſes naturalem filium in iuuētute mea me bene correxiſſes. ſed exquo me non correxiſti et voluntatem meā dimiſiſti ſuum confuſio tua et omniū amicorum meoꝝ et mortē turpiſſimā me optet ſuſtinere. Ne ergo ſimꝯ ꝯfuſio omniū amicoꝝ noſtroꝝ in die iudicij vult nos hic deus vt pater miſericors corripere per aduerſitates vt valeat nos i die iudicij exaltare dicēs

Venite filij benedicti patris mei ꝑcipite regnū. ⁊ ſic patꝫ terciū. Quarto dico qui vult eſſe filiꝰ dei dilectus vt ſibi valeat dicere. Fili mi remittūtur tibi peccã tua debꝫ in neceſſitate ad deum tanꝗ̃ ad patrẽ recurrere ſuū auxilium inuocare. Vñ videmꝰ ꝙ filiꝰ licꝫ offendit patrẽ ſuū naturalem cum ſic in neceſſitate recurrit ad prẽm vtꝫ ꝺ̃ antiqua lege et noua. In antiqua legimus de obſolon q̇ offendit patrem ſuū dauid ⁊ tñ cum pater filium in neceſſitate vidit et audiuit filiū ex relatione tribus lanceis transfixum a ioab, ait. Quis mihi det vt moriar ꝓ te fili mi abſolon. Ita ⁊ nos q̃uis deū offendimꝰ debemꝰ tñ in oi tribulatione ſuū auxiliū inuocare. Vñ dauid i pš. Ad dñm cū tribularer clamaui et exaudiuit me. Itẽ patꝫ in noua lege de filio ꝓdigo q̇ ꝯſumpſit oẽm ſubam et patrimoniū inutiliter. tandẽ venit in tantã miſeriã vt cuperet ſaturari de ſiliquis quas porci mãducabãt ⁊ nẽo illi dabat. ⁊ dixit. vadã ad prẽm meū ⁊ dicã ei pater peccaui fac me ſic̃ vnū de mercenarijs tuis. Et mia motꝰ prẽ ſuꝑ filiū ⁊ dedit ei tria dona. ꝑmo dedit ei ꝑmã ſtolã. ꝑmū anulū in manu et calciamenta in pedibꝰ ⁊ fecit ꝯuiuium Ita pater noſter celeſtis quẽ multū offendimꝰ malis cogitationibꝰ malis verbis malis opibꝰ tñ in neceſſitate ⁊ anguſtia nr̃a in q̇bus ſumꝰ ꝑ peccata poſſimꝰ ad prẽm recurrere ⁊ dicere. O pater qui es in celis peccaui corã te nõ ſum dignꝰ vocari filiꝰ tuus ſꝫ me ad miſericordiã tuã recipe ⁊ fac me ſicut vnū de famulis tuis. Quod videns pater celeſtis dat nobis ꝑmã ſtolam. i. grãm quã amiſimꝰ. dat nobis anulū. i. caritatem. calciamẽta in pedibus. i. bonas affectiones. ⁊ facit nobis ꝯuiuiū pane celeſti nos reficiens. ⁊ dat nobis verbum thematis ꝑ allegatum. Confide fili remittuntur tibi peccata tua.

## Dominica viceſima Sermo. Lxi.

Loquebatur ieſus principibus ſacerdotū phariſeis et diſcipulis ſuis. Math. xxij. Nota iſte rex multū ab hoibꝰ laudat̃ q̇ nõ ſolū inuitat verbis hoes ad curiã ſuã ſꝫ eẽ mittit vbiꝗ̃ locoꝝ nūcios vocãdo ad curiã ſuã et illã eis aperit oibꝰ ad intrandū libere ⁊ vias facit pacificas ut nullus qui pertinet ad regem poteſt ſibi viam impedire Ita fecit ſalomon rex ſapientiſſimꝰ in antiq̃ lege ferens ceptrum. ordinaui. xij. ſapientiſſimos tocius regni ſuꝑ prouiſione de vijs regalibus vt vnuſquiſꝗ̃ poſſet pacifice ire ad curiam ſuam. Ita ſpiritualiter fecit dominꝰ noſter ieſus chriſtus tenens ſceptrum noue legis miſericordie et gracie. vt dicit Johannes in Apocalipſi. Ipſe ẽ rex regum et dominus dominãtium: merito laudandus ſuper omnes gentes et reges. quia ipſe non ſolum inuitat immo curiam regni celeſtis aperit vias fecit planas. ſupplicat. compellit ⁊ donat munera diuerſa vt ad ipſum veniamus. vt patet in euangelio. Loquebatur ieſus principibus ſacerdotum phariſeis et diſcipulis dicens. Simile eſt regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nupcias et nolebant venire.

Iterū miſit alios ſeruos dicens: Di/
cite inuitatis. ecce prandiū meū paraui
thauri mei et altilia mea .i. volucres
occiſi ſunt et omīa parata Illi aūt ne
glexerunt ꝛ abierunt. ali⁹ in villā ſuā
alius ad negociationē ſuā. reliqui vo
tenuerūt ſeruos eius ꝛ ꝯtumelijs affe
ctos occiderunt. Rex aūt cū audiſſet
iratus eſt. ꝛ miſſis exercitib⁹ ſuis ꝑdi
dit homicidas illos et ciuitates eorū
ſuccendit. Et tunc ait ſeruis ſuis. Nu
ptie quidā parate ſunt. ſed q̄ fuerunt
inuitati nō fuerūt digni. Ite ergo ad
exitus viaꝝ ꝛ quoſcunqꝫ inueneritis
vocate ad nuptias. Et egreſſi ſui cō
gregauerūt omnes quos inuenerūt
bonos et malos. Et implete ſunt nu/
ptie diſcumbentiū. Intrauit autē rex
vt videret diſcūbentes ꝛ vidit ibi ho
minē non veſtitū veſte nupciali. ꝛ ait
illi. Amice quō huc intraſti non hn̄s
veſtē nupcialē. at ille obmutuit. Tūc
rex dixit miniſtris. ligatis manibus ꝛ
pedib⁹ ei⁹ mittite eum in tenebras ex
teriores ibi erit fletus ꝛ ſtridor denti
um. multi ſunt vocati pauci vo electi
ꝛ ſic patꝫ euangeliū. iſte rex q̄ fecit cō
uiuium filio ſuo. eſt de⁹ pater qui pre
parauit nobis cōuiuiū eterne vite. ꝛ
miſit nuncios. p̄mos ſcꝫ ſanctos ꝑri/
archas vocare hoīem ad celeſte cōui
uium ſed nolebant venire. Scd̄o mi
ſit alios nūcios videlicꝫ ſanctos pro
phetas ꝛ aplos. illos appreh enderūt
iudei ꝛ occiderūt. ꝛ alij neglexerūt ve
nire. vn⁹ ꝑ auariciā. alius ꝑ luxuriā.
alius ꝑ ſupbiam. igit̄ rex miſit princi
pes videlicet titum ꝛ veſpaſianū qui
obſederūt hieruſalē poſt aſcēſionem
dnī. xl. annoꝝ ꝛ duoꝝ ānoꝝ decurſis
ꝛ occiderūt de iudeis vſqꝫ ad decem
centū milia. vt inuenit̄ in iudaico li.
vendiderūt nonaginta milia. ſemper
xxx. iudeos ꝑ vno denario. ꝛ ſic perdi
dit homicidas illos peſſimos ꝛ tandē
miſit duos aplos ad exit⁹ viaꝝ ꝛ omī
die mittit predicatores modernos ꝛ
hoīes ad ꝯuiuiū xp̄i vocent. ꝛ tandē
in die iudicij mittit angelos cū tuba
vocare ad nuptias vidit ibi hoīeꝫ nō
veſtitum veſte nupciali .i. peſſimum
peccatorē. qui ſibi in baptiſmo eſt cō/
miſſa nō habet qua preſbiter veſtit
puerū dic. Accipe veſtem candidam
ꝛ immaculatā quā ꝑferas ante tribu/
nal xp̄i ꝛ illam homo maculat diuer/
ſis peccatis. Cū eīm dn̄s videt illū ad
iudicium dicit. vbi eſt veſtis tua nup
cialis. et ille tacet quia ſcit ſe reū. tunc
ait miniſtris. ꝓijcite eum in tenebras
exteriores ibi erit fletus et ſtridor dē
tium. Et hec verba ꝯcludit domin⁹.
Multi ſunt vocati pauci vero electi
quo ad multitudinem hominū. quia
multi ſunt pagani iudei et mali chri/
ſtiani qui eijciuntur ad tenebras exte
riores. ergo quo ad thema Loqueba
tur ieſus p̄ncipib⁹ phariſeis ſacerdo
tibus ꝛ diſcipulis. Loquebatur dn̄s
quattuor generib⁹ hoīm. Primo ig
norantibus vt beniuolus inſtructor.
Scd̄o orantib⁹ vt dilectus ꝯſolator
Tercio penitētib⁹ vt fidelis recōſilia
tor. Quarto induratis peccātoribus vt
terribilis vindicator. Primo dico q̄
dn̄s loquit̄ ignorantib⁹ vt beniuol⁹
informator. informās eos vt tūc ſecu
re poſſint ſtare ꝛ veſtimētis virtutum
ſe ornare. vt cum ip̄o ad ꝯuiuiū eter
num valeant intrare. Unde Iſa. ego
dn̄s docens et vtilia. loquebat̄ inter
dum docens iuſticiā. vn̄ Math. dicit

Amen amen dico vobis. niſi abunda
uerit iuſticia veſtra pluſq̃ꝫ ſcribaꝝ et
phariſeoꝝ nõ intrabitis in regnũ ce/
loꝝ. ⁊ ille iuſticia ſue doctrine tenet q̃
dat deo ſuũ ius et ꝓximo ſuũ et ſibi ſu
um ius. Item aliq̃ñ loquebat᷑ docẽs
miam. vñ Luce. Eſtote miſericordes
ſicut pater veſter celeſtis miſericors
ẽ. qui ſolem ſuũ facit oriri ſup̱ bonos
⁊ malos. Itẽ loquebat᷑ docẽs Joh.
In paciẽtia veſtra poſſidebitis aias
veſtras. ⁊ q: hec locutus ſum vobis
quia p̱ſeq̃mini de ciuitate in ciuitatẽ.
⁊ cũ venerit talis hora reminiſcami.
q: ego dixi vobis. Item loquebatur
docens caritatem. Unde Joh. Hoc
eſt p̄ceptum meũ vt diligatis inuicẽ
ſicut dilexi vos. Multi eñ ſunt qui di
ligunt ſe inuicem ſed nõ ſicut chriſtus
dilexit nos. ipſe dilexit nos ſed ꝓpter
nos peccare noluit. et q̃a dilectio eſt
veſtis anime. Nam ſicut veſtis tegit
turpitudinẽ corporis. ita dilectio te
git peccatum et non delet vt non ap/
paret nudus coram deo electis ⁊ an
gelis. Unde ſapie. puer. Caritas ope
rit multitudinẽ peccatoꝝ. Item cari/
tas aſſimlat᷑ veſti. q: ſicut veſtes pul
cre reddunt hoiem amicabilem ⁊ pul
crum. ita caritas animã. vnde in pſ.
de anima habẽte hãc veſtẽ. Aſtitit re
gina in veſtitu de aurato circundata
varietate. Itẽ ſicut veſtis ꝓtegit cor/
pus a multis incomodis. ita caritas
defendit aiam in oibus ſuis neceſſita
tibus. vñ Apl's. Caritas omia ſuffert
oia ſperat. q̃ igit᷑ cuſtodit hanc veſtẽ
mundã. põt dici beatus. vñ Joh. in
Apoc. Beatus qui cuſtodit veſtimẽ
ta ſua ne nudus ambulet. ideo dñs lo
quebat᷑ docens iuſticiã patientiã mi
ſericordiã ⁊ caritatẽ que ornant aiam

quaſi veſtimenta pulcra corpus. ne
dicat. Amice quõ huc intraſti nõ hñs
veſtem nupcialẽ. Scdo dico q: dñs
loquitur orantibꝰ vt dulcis ꝯſolator
Uñ ait aia deuota in Cañ. Anĩa mea
liquefacta eſt vt dilectꝰ meus locutꝰ
eſt mihi. Sed nulla aia poteſt audire
talem locutionẽ. niſi ab oibus munda
nis fuerit ſepata et in ꝯtemplatiõe le
uata. Ideo ait dñs in Oſee ducam eã
p̱ ſolitudinẽ. i. in vitam ſolitariam. et
ibi loquar ad cor eius. In ſolitudine
hõ poteſt deuote orare ⁊ loqui cũ do
⁊ deus cũ eo. Ideo ſancti viri tã anti
qui legis q̃ꝫ noue legis querebant ſo/
litudines. vt patꝫ de moyſe in Exod
p̄mo. Priuſq̃ꝫ fuit in egipto dñs nõ
loquebat᷑ ei. ſed dũ minabat gregem
ouiũ in interiora deſerti ibi loqueba/
tur ſibi dñs moyſes. Ait ille. dñe quid
iubes. ait dñs ad eũ. Uade ⁊ dic pha/
raoni vt dimittat p̄plm meũ. quia cla
mat ad me ⁊ ego eruam eos in manu
potenti. Et hec non loquebat᷑ dñs in
egipto ſed in deſerto. Itẽ patꝫ de ſaul
i. Regum. q̃ꝫ diu fuit cũ patre et mr̃e
et fratribꝰ in patria ſua nõ fuit vnctꝰ
in regem. ſed qñ ſaul fuit in deſerto q̃
rendo affines patris ſui. tũc loqueba
tur dñs ſamueli vt vngeret ſaul in re
gem. ⁊ locutus eſt ei dicẽs. Modo in
ſiliet in te ſpiritꝰ dñi et mutaberis in
virũ aliũ. et hec facta ſunt in deſerto.
Item patꝫ. iiij. Regũ. De helya q̃ am
bulabat p̱ deſertum. xl. diebꝰ ad mon
tem oreb. et ibi loquebatur dñs cum
eo ſicut homo homini. Item patꝫ cũ
ſanctis noue legis videlicet Joh. ba
ptiſta. qui meruit audire videre ⁊ lo
qui cum dño in deſerto. ⁊ ſpm̃ ſanctũ
qñ ſuper ripam ſtabat iordanis. Itẽ
beatus anthonius qñ dñs ſtabat in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gere. et vidit eum in deſerto. Beat⁹
anthonius dixit. O dñe vbi iam fui/
ſti. dixit dñs ad eũ Anthoni ego erã
apud te. ſed volui ꝓbare patientiam
tuam. Ideo ad deſertum deuote orã
do et ſolitarie viuendo vadamus vt
dñs loquatur nobis ⁊ inuitet nos ad
ſuũ eternũ ꝯuiuiũ. Tertio dico dñs
loquetur vere penitentib⁹ ſicut fidel'
pacificator. vñ dicit aplus ad Ephe.
Uenit dñs loqui pacem his qui ꝓpe
et loqui pacem his. q̄ longe. nã locu/
tus eſt pacem his qui longe id eſt pec
catorib⁹ ſed noluerunt pniam agere.
ab his eñ longe eſt ſalus dei Unð in
pſ. Loquit' dñs pacem in pplo ſuo.
Hic de illis qui agunt pniam. ſed de
alijs dicit': Longe a peccatorib⁹ ſalus
qui aũt ꝓpe ſunt id eſt iuſti his loquit'
dñs pacem. vnð iuſtus ait in pſ. Au
diam quid loquatur in me dñs deus
meus vt faciam voluntatẽ ſuam. Lo
quitur aũt dñs vere penitentib⁹ tan
q̄ꝫ mediator. Unde videmus qñ ini/
micitie ſunt inter duos tunc oportet
ꝙ mediator inter eos loquat' pacem
reformando. Ita eſt inter peccatorẽ
et deum diſcordia oportet igit' medi
atorem loqui. ⁊ ſic ex vtriſq̄ꝫ mittitur
vnus ad reformandũ pacem. Ita ex
pte dei mittitur miſericordia que xp̄c
eſt. Unde i pſ. Miſericordia eius p̄
ueniet me. et peccator intermittit ſuũ
interlocutorẽ. ⁊ hic debet eſſe amara
ꝯtritio cordis cũ ꝯfeſſione lacrimaꝝ
Tunc iſti duo ſcilicꝫ miſericordia dei
et ꝯtritio faciunt pacem. Quod patꝫ
in rege Ezech. in libro yſa. xv. Egro/
tauit ezechias vſq̄ꝫ ad mortem. ⁊ do
minus locut⁹ ad yſa. ait. Uade ⁊ dic
regi oportꝫ eum mori q2 me offendit
quod audiuit rex fleuit fletu magnõ
et ſtatim miſit de⁹ miſericordiã ⁊ rex
pniam fecit ⁊ iſti duo fecerunt pacem
et ſtatim pace facta dñs locut⁹ ẽ. Ad/
dam tibi. xv. ãnos vite tue et gauiſus
eſt rex. et loquebat' dñs marie mag/
dalene. Dimiſſa ſunt tibi peccata tua
vade in pace. et ſic patet terciũ. ꝙ do
minus loquebat' penitentib⁹ vt paci
ficatur. vt poſſit in iudicio ad ſuũ cõ/
uiuium introducere vt largus remu
nerator. Quarto dico ꝙ dñs ita loq̄
tur induratis peccatoribus vt terri/
bilis vindicator. Unde dicit dñs ſup
yſa: Tacui et ſemp ſilui paciens et p/
cens. Nam de multis peccatorib⁹ ta
cet deus ad multos annos ꝙ nõ vin
dicat ⁊ ſup hoc grande peccant tãto
durius cum venerit flagellat et cruci
at q̄ꝫdiu peccatorem expectat ⁊ mul/
totiens occulte ſibi loquit' p inſpirati
onẽ diuinã dimitte peccata tua qm̃
temp⁹ eſt. vt dauid Audiam quid lo
quatur in me dñs meus. ſed pctõr ſem
per auertit aurẽ ⁊ obſtruit q̄ſi ſerpẽs
ſurdus qui non exaudiat vocem incã
tantium Et loquit' omni die p os pre
dicantiũ verbum dei. nunc arguẽdo
nunc ſupplicando nunc minando: ſed
peccator facit ſe ſurdũ. Tunc tãdem
oportꝫ audire loquentẽ in die iudicij
quaſi terribilem iudicẽ cũ dicat. Ite
maledicti in ignem eternum. De hac
terribili locutione dicit Joh. figurã i
Apoc. Uidi in medio ſeptem cande/
labrorum hoiem ſilem filio hominis
habẽtem gladium ex vtraq̄ꝫ pte acu
tum de ore eius ꝓcedentẽ. et vox ei⁹
ſicut vox aquaꝝ multaꝝ et ſicut vox
tonitrui magni. Iſte eſt xp̄c qui in die
iudicij apparebit iter cãdelebra aurea

que ſunt ſeptem turbe angelorū ſeu
ſanctorū electorū. ſcilicet patriarche
ꝓphete angeli apoſtoli martires con/
feſſores virgines et ex ore eius proce
dit gladius acutus. i. ſententiā ꝓfert
dānationis loquens terribiliter. Ite
maledicti ⁊c. Et illa vox eſt damnatis
ita terribilis velut vox tonitrui. et
tūc peccator obmuteſcit. et dicet xp̄c
Quō tu peccator huc intraſti nō ha/
bens veſtem nuptialē. ꝓijce eū in te
nebras exteriores. ergo ad thema.
Loquebatur ibi ꝑncipibus phariſeis
ſacerdotibus apoſtolis ⁊ iudeis. Ita
quotidie loquit deuote orantibꝰ ig/
norantibus. penitentibꝰ ⁊ induratis

Dominica duodecima
Sermo. Lxij.

Vade filius tuus viuit Joh
iiij. Nota ꝙ nulla res meli
or eſt omni mūdo ꝙ̄ gratia
diuina. hoc quo ad aiam. et nulla res
melior quo ad corpus ꝙ̄ ſanitas. Nā
gratia diuina facit hoīem ſociū ange/
lorū fratrē xp̄i et ſuoꝝ diſcipuloꝝ vtꝫ
in euāgelio Mat. Nū xp̄c ſtetit in ſy
nagoga iudeorum docens eos. venit
vnus coꝝ ad eū dicens. fratres tui ⁊
mater tua foris ſtant querētes tibi lo
qui. Rn̄dit ieſus. qui facit voluntatē
pr̄is mei ip̄e eſt frater ſoror ⁊ mater.
ergo nihil vtilius quo ad aiam ꝙ̄ gr̄a
xp̄i. ⁊ ergo ſancti magis optauerunt
mori vita naturali ꝙ̄ amittere gratiā
diuinā. ſed quo ad corpꝰ nihil vtiliꝰ
ꝙ̄ ſanitas. Unde ait eger. Diues ha/
bet nūmum ſed nō habet ip̄m. videli
cet quo ad ſanitatē. Quid valeret ho
mini ois theſaurus mundi qn̄ ſemꝑ
eſſet infirmꝰs. ideo homo exn̄s extra
gratiam dei et ſemꝑ infirmus eſſet re
darguendꝰ ſi poſſet habere piūm re/
gem qui poſſet ſibi dare gr̄aꝫ ⁊ poſſet
habere expertū medicum qui poſſet
ſibi dare ſanitatē et illū viſitaret: aut
ꝑ ſe aut ꝑ alium. Ideo ait dauid i pſ̄
Multiplicaſti infirmitates eoꝝ ⁊ po/
ſtea accelerauerūt. Et hec cognoſcēs
iſte regulus. ideo xp̄m viſitauit ⁊ pro
gratia et ſanitate filij xp̄m humiliter
exorauit. ⁊ xp̄c reſpondit verbū p̄al/
legatum vade filius tuꝰ viuit vtꝫ in
euangelio hodierno Erat quidā re/
gulus cuiꝰ filiꝰ infirmabat in caphar
naum: que erat ciuitas in q̄ xp̄c mul/
ta miracula faciebat Hic cū audierat
ꝙ ieſus veniret a iudea in galileam a
bijt ad eum dicens. ⁊ rogauit D dn̄e
deſcende et ſana filium meū. Incipie
bat eīm mori dixit ieſus ad eum: Niſi ſi
gna videritis nō creditis. dicit ad eū
regulus. Dn̄e deſcende p̄uſꝙ̄ moria
tur filius meus. dixit ad eū dn̄s. Ua
de filius tuus viuit. Credidit regulꝰ
ſermoni dn̄i quē dixit ei. vade filiꝰ tuꝰ
viuit. ⁊ obſeruauit horā illā in corde
ſuo et iuit. Iā aūt eo appinquante ci/
uitati capharnaū a quo exiuit occur/
rerūt ei ſerui eiꝰ dicētes ꝙ filius viue
ret. interrogauit ab eis horā in q̄ me/
lius habuerat. ⁊ dixerūt ei: heri quaſi
hora ſeptima reliq̄d eū febris ⁊ reuix
it. Cogitauit ergo pater. q2 hec eſt ho
ra in qua dixit ei ieſus. Uade filiꝰ tuꝰ
viuit et credidit ip̄e ⁊c. ⁊ ſic patꝫ euā/
geliū. reſumendo thema. vade filius
tuꝰ viuit. Nota quadruplex eſt vita
vna eſt vita naturalis. ſcd̄a culpe. ter
cia gratie. quarta eſt glorie. Prima ē
vita nature de q̄ dr̄ in Geñ. Creauit

deus hominem de limo terre et ſpira
uit in eo ſpiraculum vite: Hec vita ē
valde breuis. vñ Job. Homo natus
de muliere breui viuens tempe reple
tur multis miſerijs. nam diuerſe ſunt
miſerie in homie. vt paupertas. pſecu/
tio. nuditas. frigiditas. infirmitas: vñ
in pſ. Multiplicate ſunt infirmitates
eoꝝ. hec vita ſemp eſt in cogitationi/
bus. nūc tentatur homo in hac vita
a mūdo. a ꝓpria carne p auariciam. p
luxuriam a dyabolo. Ideo ait Job.
Milicia eſt vita hominis ſup terram
hec vita diu non poteſt durare. ſed ſi
cut roſa ſcito areſcit et aceruus euane
ſcit. et cito quaſi lumen a vento ſpar/
gitur. et ſicut pomū pulcrū a verme
corrodit᷑. et velut vapor diſpergitur.
vnde Job. quia vetus eſt vita mea.
hec vita hominis ſepe abreuiabitur.
ante temp⁹ dum peccator nō ſperat
ꝓpter peccata ſua. vñ in pſ. Dathan
et abiron delent᷑. aperta eſt terra ꝛ de
glutiuit dathan et abiron ante tēpus
Item patz in Geñ. de qnqꝫ ciuitatib⁹
de quib⁹ in pſ. Pluit dominus ſup
ſodomā ꝛ gomorram ſulphur ꝛ ignē
Itē vita hec miſera pueris ſepe abre
uiatur ꝓpter peccata parentū. vtz de
dauid. i. Regū. Quia dauid peccauit
contra dñm. et ait dñs ad dauid Pu
er quem diligitis morietur ꝓ te. et de
filijs ſodomoꝝ. qui nō peccauerunt
ꝛ tñ cum parentib⁹ mortui ſunt. hec
iniqua vita miſera ſepe abreuiat᷑ hoi
ꝓpter nimiā iuſticiam homis. nā inter
dum homo eſt in tanto deſiderio vite
eterne vt aliqs ſeipm ſumit d hoc fal/
ſo mundo: Unde puer. Tranſlat⁹ eſt
ante tps ne malicia mutaret aiam ei⁹
qui ſe bene habet in hac miſera vita i

virtutib⁹ exercendo peccatis reſiſten
do. ad hunc ait dñs. vade filius tuus
viuit. Scd'a vita eſt vita culpe. de q̄
dicit apls ad Ro. Si ſcꝫm carnem vix
eritis morte moriemini. Quis homo
viuit corpore ſi eſt in peccato mortali
mortuus eſt in aia: vnde in Apoc. de
vita peccatoris in peccato mortali ex
iſtentis. nō habes ꝙ viuis ſꝫ mortu⁹
es quo ad aiam que iam deputata es
ad mortem eternā. Hec vita peccati
mortalis capit occaſionē a ↄcupiſcen
tia oculoꝝ ita ꝙ mors intrat in ↄſcien
tiam ꝛ occidit aiam. Quod queritur
Treñ. Iere. Heu mors intrauit p fe/
neſtras noſtras hec vita peccati. tal᷑
ſepe cauſatur a voluptate ꝛ crapula.
Unde ſeneca in libro de morib⁹ Plu
res moriunt᷑ crapula q̄ꝫ gladio. Ido
premonet nos aplus ad Ephe. Noli
te inebriari vino in quo eſt luxuria:
Hec vita peccati mortalis ſepe cau/
ſatur vt ſequitur mors eterna ex aua
ricia. Uñ eſſe nihil iniqu⁹ eſt q̄ꝫ ama
re pecuniam. hic em̄ qui amat vendit
aiam ſuam dyabolo et obligat morte
eterna eam. hec vita peccati mortal᷑
cauſatur ex inuidia. vnde Job. Qui
non diligit frēm ſuum ſed odit manet
in morte. Idō qui hec q̄tuor vicia ha
bet ſupradicta. videlicꝫ ↄcupiſcentiā
oculoꝝ. crapulam auariciā. ꝛ inuidiā
obligat aiam ſuā poſt hanc vitam ad
eternā penam: ſed qui viuit in caſtita
te in abſtinētia in pietate. in caritate
manet in vitam eternam Und' puer.
Iuſti autē in perpetuū viuent Job.
Nos ſumus tranſlati de morte ad vi
tam. Et illic dicit dñs. vade filius tu⁹
id eſt aia tua viuit p grām. in futuro p
gloriā. Tercia vita eſt vita grē. de q̄

dicit Job. x. Vitam et miſericordiam tribuiſti mihi. ⁊ viſitatio grē tue cu/ſtodiuit ſpm̄ meū. hac vita gratie vi/uit hō qn̄ ē ſine peccato mortali. Qn̄ eīm homo naſcit̄ portat ſecū venenū peccati mortalis ſcꝫ peccati oriental̄ ſed illud expellit̄ p baptiſmum ⁊ vita gratie p illius v̓tutem infundit̄ ⁊ p fi/dem ꝯſeruatur. Unde dicit dn̄s ī euā gelio Joh. Omnis qui vidit et credit in me nō morietur ineternū. hec eīm vita diſponit hoīem ad vitā eternam· vn̄ Apl's. Stipendia peccati mors· gratia aūt dei vita eterna. Sicut aūt petm̄ mortale inducit mortē eternā· ita gratia dei inducit vitam eternam. hec aūt vita gratie diu erat in p̄miti/ua eccleſie. ſed modo eſt ſuppeditata ⁊ ꝯculcata vtꝫ in libro Danielis. viij. Uidi arietem ꝯtra orientē in aere vē tilantē qui habuit duo cornua vnum excelſius reliquo. Sed venit hircus ab oriēte qui ꝯculcauit arietem cum cornibus ſuis ⁊ ad nihilū redigit eū. Ita ſpūaliter aries ouium albus fuit vita grē deſiderat ortum ſolis veri lu minis qui eſt xp̄c et diuinā gratiā ha/bens vnū cornu excelſius reliquo. i. caritatē dei et ꝓximi. vnū excelſi⁹. q2 caritas dei tenet p̄ncipatū. Sed veīt hircus fetidus ab occidente. vbi appa ret oīne malū id eſt vita fetida: ⁊ ma/culata que iam regnat in mundo vitā gratie ⁊ mundicie cōculcauit ita ꝙ iā nullū vitiū apparet qd̓ olim viciū di/cebatur. Unde poeta: Olim qd̓ vici um fuit eſt modo v̓tus. nunc nihil eſt viciū niſi habere nihil. Ideo homini exn̄ti in vita gratie dicit dn̄s. vade fi lius tuus viuit. Quarta vita eſt v ita eterna. de q̄ vita ait dn̄s Johis vlti. Hec eſt vita eterna vt cognoſcunt te ſolum deū ⁊ quē miſiſti ieſum xp̄m. et hanc vitā cōmendat Ariſtot. in libro celi et mūdi dicens. Eſt illic fixa ſempi terna vita. ſed trāſitoria. Hec eſt vita eterna vbi poſſim⁹ deū videre facie ad faciem. vbi eſt ſanitas ſine infirmi/tate. requies eterna ſine labore. pax ſi ne timore. leticia ſine errore. Et illa poſſum⁹ adquirere per tria bona in hac vita. Primo p boni operis exer citationē vt dicit ſapiēs. Quid habꝫ homo de omni labore ſuo niſi ꝙ labo ret ⁊ pergat poſt mortē illuc vbi ē vi/ta. Scd̓o poſſumus adquirere vitaꝫ eternam p malorū in patiētia ſuppor tationem. ille eſt certus q̄ hec mala et ꝓuerſa ſuſtinent patienter. ⁊ poſt hāc vitam vadat ad eternā vitam. q2 de⁹ non punit bis ineternū. Unde Ecci. viij. Suſtine ad modicum temp⁹ vt creſcat in nouiſſima vita tua. Tercio poteſt adquiri vita eterna per iuſticie exhibitionē. Vn̄ dicit ī libro Sa. Iu ſti autem imperpetuū viuent ⁊ apud dn̄m eſt merces eorū. iuſtorū anime ī manu dei ſunt. Beat⁹ Jacob⁹. dicit Beatus homo qui ſuffert tentatiōnē et vincit in hac vita. qm̄ cum ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite. dicit ergo pacienti bene operanti. vade fili⁹ tu⁹ viuit hic p gratiam et in futuro p glo riam.

### Dominica viceſimaſecunda. Sermo LXIIII.

Seru⁹ ille rogabat dn̄m pa cientiā habe in me et omia reddam tibi Math. xviij. Unde vi/demus ꝙ rō̄ natalis dictat vnuſq̄ſq;

faciat ꝓximo ſuo qd̕ ab eo deſiderat ꝑ
facientes in ꝯtrarium o ꝓponūt ſe rati
oni. Nā duo ꝑcepta fuerunt legis na
ture. ſcʒ declina a malo et fac bonum
vtʒ in pſ. Et due leges ſcripte videli
cet. Diliges dn̄m deū tuū ex toto cor
de tuo et ꝓximū tuū ſicut teipm̄. In
his duobus vniuerſa lex dependet ꝛ
ꝓphete. Ita xp̄c legifer noue legis mi
ſericordie ꝛ grē voluit duo precepta
dare. vnū negatiuū aliud̕ affirmatiuū
que includūt ꝑcepta nature ꝛ ſcriptu
re: Qd̕ tibi nō vis fieri alteri ne fece/
ris. Sʒ ſeruus dn̄i ſe nō ꝯſiderās pre
cepta nature trāſgredi nō declinaui a
malo. ſed fecit malū. nō dilexit deū et
ꝓximū nō fecit ꝓximo ſuo qd̕ ſibi deſi
derauit fieri. iō debitor factus eſt dei.
ꝓpter hoc ait in themate. Seruus ille
rogabat dn̄m di. paciam habe i me et
oia tibi reddā. Quō hoc factū ſit hēt
in euāgelio qd̕ ſequit̄. Dixit ieſus
di. ſuis ꝑabolā hanc. Sile eſt regnum
celoꝝ hoi q̄ voluit rōnem ponere cū
ſeruis ſuis. Et cū incepiſſet rōnem po
nere oblatus eſt ei vn⁹ q̄ debebat de
cem milia talenta. Cū āt nō haberet
vn̄ redderet iuſſit eū venūdari ꝛ vxo
rē ꝛ filios ꝛ oia q̄ habebat: Et ille ꝓci
dens rogauit dn̄m dicēs. Patientiā
habe in me et oia reddā tibi. Miſert⁹
aūt dn̄s ſerui illius dimiſit ei omē de
bitū. Ecce q̄nta miſericordia dn̄s dat
plura q̄ʒ ſeruus petit. petit dilationē
ꝛ dn̄s dat ſolutionē. Egreſſus autem
ſeruus ille inuenit vnū de ſeruis ſuis
qui debebat ei centum denarios ꝛ te
nens ſuffocat eū dicens. Redde qd̕
debes. ꝓcedens aūt ſeruus ille. ꝛ ro/
gans eum dixit Patientiā habe i me
bone ſocie ꝛ oia tibi reddā: Ille autē
noluit ſʒ tenēs ſuffocauit eū ꝛ miſit eū
in carcereʒ quouſqʒ redderet vniuer
ſum debitum. Videntes aūt cōſerui
ei⁹ que fiebant ꝯtriſtati ſunt valde. ꝛ
venerūt et nunciauerūt dn̄o ſuo oia
que facta fuerūt. Tunc vocauit eum
dn̄s ſuus et ait illi. Serue neq̄ʒ omne
debitū tibi dimiſi qm̄ rogaſti me. Nō
ne ergo optuit ꝛ te miſerei ꝯſerui tui
ſicut et ego tui miſertus ſum. Et irat⁹
dn̄s valde tradidit eū tortorib⁹ quo
uſqʒ redderet vniuerſa debita. ſic et
pater me⁹ celeſtis faciet vobis ſi non
remiſeritis vnuſquiſqʒ fratri ſuo de
cordib⁹ vr̄is. Et ſic patʒ ꝑabola. Iſta
ergo ꝑabola ē cōtra illos. qui peccāt
ꝯtra decē ꝑcepta dei omni die ea fran
gendo. ideo ſunt debitores decē mili
um talentoꝝ ꝓpter tranſgreſſionē de
cem ꝑceptorum. Et rogent dn̄m pro
gracia et miſericordia. Sed ipſi indu/
rati ꝯtra ꝓximū et nolūt ꝓximo com/
pati in ꝑua re. ſed ſuffocant trucidāt
et ſpoliant ꝛ inuidioſe irā concitāt. qd̕
vidēs dn̄s dicit ad vnūquēqʒ. Nōne
optuit et te dimittere ꝓximo tuo. Sʒ
tu nō vis dimittere ꝓximo tuo. ideo
ego non faciam tibi miſericordiā. ſed
volo te tradere tortoribus. i. dyabol̕
quouſqʒ reddas vniuerſum debitū ꝛ
ꝯcludam te in carcerem eternarū pe
narū cruciando eternaliter. dn̄s ꝯclu
dens dicit Pater meus celeſtis faci/
et vobis ſic ſi non dimiſeritis ꝓximis
veſtris oēm inuidiā de cordib⁹ vr̄is.
ergo quo ad thema Seru⁹ ille roga/
bat dn̄m. Nota ꝙ debemus eſſe ſerui
dei. quia dn̄s circa ſeruos facit quat/
tuor bona. pͥmo ꝓuidet in cibarijs. ſe
cundo ꝓtegit in ꝑiculis. tercio ditat
eos i bonis. q̄rto exaltat eos i regnis.

Primo dico q dominus ſeruis ipm̄
deuote rogantibus prouidet in ciba
rijs et neceſſarijs. vnde videmus q
boni dn̄i ſemp̄ ſunt ſoliciti de cibarijs
ſeruoꝝ ſuoꝝ. ita facit dn̄s. ꝛ hoc patꝫ
in antiqua lege. Legimus de ꝓpheta
Daniele ſeruo dei deſtruente ydolū
bel qui dicit dominus meus adoret
ſolus qui creauit celum et terrā ꝛ oīa
que in eis ſunt, ꝓpter hoc miſerunt eū
pagani in lacum vbi erant ſeptem le
ones ꝛ non dabant eis cibaria ſeptē
diebus vt deuorarent danielē. ſꝫ da/
niel orabat ad dn̄m cui multo tempe
ſeruiebat in virtutibus diuerſis. ꝛ do
minus recordat⁹ ſerui ſui danielis et
dixit ad abacuc ꝓphetam qui habuit
eſcam volēs in campū portare meſſo
ribus. Fer prandium qd̓ habes ſuo
meo danieli qui eſurit in babilone in
lacu leonū. Reſpondit abacuc: Dn̄e
babilonē neſcio. lacum ignoro qa di/
ſtabat ab illo loco centum miliaria.
Tunc angelus dn̄i apprehendit aba/
cuc in virtute et duxit in babilonem
ante lacum. ꝛ abacuc inclināſ ſe in la
cū clamauit. daniel ſerue dei veni tol
le prandium qd̓ miſit tibi dn̄s ds̓ tu⁹
ꝛ ſic habitauit in lacu ſeptem dies do
nec fuerunt pacti. poſtea extract⁹ fuit
de lacu: Ita oſtendit dn̄s ſeruo ſuo ci
baria preſtando vt nos ſeruiam⁹ ſibi
fideliter ꝛ non curemus: ſed omnē ſo
licitudinē in eū ꝓiciam⁹. quia ipſi eſt
cura noſtra ſeu d̓ nobis vt dicit Apo
ſtolus. Iſtud idem patet de helya. de
quo legimus. iiij. Regū. Ubi legim⁹
q tāta fames erat in terra q multi ho
mines moriebant̓ in fame. ꝛ helyas
ſeruus dei magnā famem ſuſtinuit vt
peteret dn̄m ꝓ morte. Et dixit dn̄s ad

eum. Serue meus helyas vade in ſa
repta ſydonioꝝ qui fuerunt gentiles
tu non debes fame perire. ego p̄cepi
mulieri vidue vt te paſcat. et ſurrexit
helyas ſeruus dei. Cū appinq̄ret por
te ciuitatis inuenit ibi mulierem pau/
perculam viduam. de qua dn̄s ei di
xit. Propheta dixit ad mulierē. Mu
lier qd queris. reſpondit ei mulier.
Colligo mihi duo ligna vt facio mihi
ꝛ filio meo tortam. ein breij vt come
damus ꝛ moriamur. Reſpondit pro
pheta. Fac mihi prius quia eſurio ni
mis. reſpondit mulier non habeo de
farina niſi quantū pugillus poteſt ca/
pere ꝛ modicum olei in lechito. dixit
Propheta ſeruus dei. mulier crede
mihi et fac mihi vt comedam. quia
dominus cui ſeruio miſit me huc et di
co tibi de ore domini mei. q nec de fa
rina nec de oleo deficiet quādocūqꝫ
cibaria preparabis donec dn̄s mittat
pluuiam ſuper terram. Et cibauit do
minus ſeruū ſuū et ancillā ſuam muli
erem iſtam de modico. Itē ſimiliter
patet in noua lege de paulo primo he
remita qui primo ſeruiuit domino mul
tos annos in deſerto. ꝛ tandem non
habuit ad comedendum et dominus
miſit ei coruū qui omni die cibauit eū
in deſerto portans panem interdum
carnes. Sed heu diuites hui⁹ mūdi
habētes omia bona peiores ſunt cor
uis. Coruus paſcebat virum dei cū
pane et carnibus et ipſi permittūt pu
eros chriſti fame perire in hoc mūdo
et audiēt in die iudicij. Quod vni ex
minimis meis feciſtis ꝛc̄. Ite male/
dicti ꝛc̄. Paui vos diuerſis cibarijs
delicioſis et vos ſeruos meos paſce/
re noluiſtis. ꝛ ſic patꝫ primo quomō

dominus prouidet ſeruis ſuis de ciba
rijs ſibi ſeruientibꝰ ⁊ ipm̄ rogantibꝰ
ergo quo ad thema Seruus ille roga
bat dn̄m ſuū. Scd̄o dico ꝙ dn̄s ꝓte
git ſeruos ſuos in ꝑiculis. Ui. vide/
mus quando dn̄i vident ſuos in peri
culis ſubueniunt eis pro poſſe ſi ſunt
boni dn̄i. Ita facit dn̄s noſter qui bo
nus eſt dn̄s ſuꝑ oēs dominos. nunq̄
dereliquit ſeruos ſuos in tribulatiōi
bus. Uñ ait dn̄s ꝑ ſapiētē yſay: Ser
uus meus es tu cum tranſieris per a
quam ero tecū: ⁊ cū ꝑ tranſieris ignē
flāma nō vret te. Deus aūt liberauit
ſeruos ſuos ꝑ aquā. ptʒ in filijs iſrael
cū ſeruiebant dn̄o ⁊ tranſire debebāt
in terrā ꝓmiſſiōis dn̄s aperuit mare
rubrū. vt ſicco pede ꝑtranſirēt nec vl
lus eoꝝ remanſit. ſed pharao cū ſuis
ſuis volens ſuos di occidere demer
ſit eos in mare quaſi plūbū in aq̄s ve
hementibus. ⁊ ideo laudabant ſerui
dei dn̄m ſuū gracias agentes ⁊ cantā
tes in litore hunc pſ̄. Cantemꝰ dn̄o
glorioſe ⁊c̄. Et ꝙ ſepe ſuos ſuos libe/
rauit de igne. hoc ptʒ in libro daniel'
Nabuchodonoſoꝛ erexit ſtatuā aure
am ſuꝑ quam ſtabat ydolū ꝯuocans
oēm ꝓplm̄ ad ydolū vt adorarēt. ſed
tres ſerui dei ſcʒ daniel ſydrach ⁊ ab/
denago dixerūt. Nos nolumꝰ ydola
adorare. quia ſerui dei ſumꝰ. q̄ fecit ce
lum ⁊ terrā: et iratus miſit eos in ca/
minū ignis. ⁊ dn̄s miſit angelū ſuū ⁊
liberauit eos de igne ⁊ cantabāt dn̄o
di. benedictus es deus patrū noſtro
rum ⁊c̄. Et hoc idem patʒ de dauid. i.
Regū Qui ꝯfidebat in dn̄o ⁊ pugna
bat ꝯtra vrſum et leonē in agro et cō
tra gigantem ⁊ dn̄s erat cū eo ⁊ libe/
rauit eū ⁊ confortauit ⁊ vicit. et dn̄s
dixit ad dauid. Quis eſt ſicut ſeruus
meus dauid: Et ſic patet ſcd̄m ꝙ dn̄s
ſeruis ſuis ſubuenit ⁊ ꝓtegit in tribu/
latione. ergo et nos in tribulatiōe ro
gemus eū vtʒ in themate. ſeruus ille
rogabat eū ⁊c̄. Tercio dico ꝙ dn̄s ſer
uis ſuis dat dona eos ditādo q̄ ſunt
dona ſpūſſancti oīa dona tpalia excel
lentia. vt ipē ait Johel. v. ſuꝑ ſeruos
⁊ ancillas meas effundā de ſpū meo
.i. de ſeptē donis ſpūſſancti dabo eis.
dat eīm dyabolus ſeruis ſuis ſeptem
dona mala. i. ſeptē pctā moꝛtalia. vid̄
licet ſuꝑbiam. auariciam. luxuriam: in
uidiam. gulā. iram. ⁊ accidiam. Sed
pius dn̄s ſeruis ⁊ ancillis ſuis dat ſe
ptem dona vtilia cōtra hec ſeptē do/
na nociua. Primū eſt timoꝛ dn̄i ꝯtra
ſuꝑbiam. ut homo cogitet in coꝛde ꝙ
deū timeat ⁊ pctā dimittat. vñ Sap̄.
Timoꝛ dn̄i expellit pcc̄m. pſ̄. Initiū
ſapientie timoꝛ dn̄i ⁊ expellit ſuꝑbiā.
Scd̄m donū boni dn̄i. eſt donū pieta
tis ꝯtra pcc̄m inuidie. qꝛ pietas cari/
tatiue ꝓximū diligit. et inuidia ē ꝯtra
caritatem. ideo caritas expellit oēm
inuidiā. ⁊ talis ſeruus accipiens dn̄o
caritatem pietatis diligit deū ⁊ ꝓxim
Joh. Deus caritas eſt et qui manet
in caritate ⁊c̄. Terciū eſt donū ſciencie
ꝯtra iram ⁊ mites non faciūt homies
iracundos. vnde dicit dominus. Be
ati mites. vos eſtis mei ſerui ⁊ poſſi/
debitis terrā. Quartū donū ē donū
foꝛtitudinis contra auaritiam. Et idō
petiuit dauid in pſalmo dicens. Do/
mine ſpiritu principali confirma me.
ſpiritu foꝛtitudinis. confirma meum
coꝛ. vt expellat omnē accidiam. Qui
tum donū eſt donū ꝯſilij ꝯtra auarici
am. ita ꝙ homo expellit oēm auariciā

a ſe et omnia facit a conſilio bono / et
nunq̃ꝫ vadit ad conſilia impiorum.
Ideo dicit Pſ. Beatus vir qui nõ
abijt in conſilio impiorũ. ꝛ in via pec
catorũ ꝛc. hoc autem facit donũ conſi
lij. Sextum eſt donũ intellect⁹ ꝯtra
gulam vt hõ viuat in abſtinentia. nã
abſtinentia eſt virtus que domat oĩa
vicia eleuat mentem ad celeſtia et eſt
ſumma medicina corpis ꝛ anime. Jõ
petiuit pſ. Da mihi intellectũ ꝛ viuã
Septimũ eſt donũ ſapientie et valet
ꝯtra luxuriã vt homo caſte viuat. q̃a
non vult dñs in ſuo ſeruitio habere
luxurioſos. Et ideo ait ꝓpheta Ezech
Eleuauit me deus inter celũ et terrã
deſpitiendo et celũ deſiderãdo. Qui
ergo hec ſeptem dona a dño habꝫ di
ues eſt in oĩb⁹ ideo ptꝫ terciũ. Roge
mus ergo dñm pro donis ſpũſſancti
Quarto q̃a dñs fideles ſeruo exaltat
in regno eterno ꝛ introducit ad gau/
dia: vnde Math. Surge ſerue bone
ꝛ fidelis quia in pauca fuiſti fidelis ſu
pra multa te ꝯſtituam intra in gaudi
um domini tui ipſi enim ſerui dei ſede
bũt ad mẽſam domini celeſtis. vt ipſe
ait Luce. xxij. Ego diſpono vobis ſic
diſpoſuit mihi pater me⁹ regnum vt
edatis ꝛ bibatis ſuper menſam meã i
regno meo. Q̃ꝫ diſſimilis retributõ
pmiũ ſeruorum dei ꝛ ſeruoꝝ dyaboli
vt dr̃ Jſay. Ecce dixit dñs. ſerui mei
comedent et vos eſurietis ſerui mei
bibent vos ſicietis. ſerui mei letabũt
et vos triſtabimini. ſerui mei ſunt in
pulcritudine ꝛ vos in timore flagella
tiõe ꝛ immũdicia ſerui mei laudabũt
pre exultatione vocis. ꝛ vos clama/
bitis in dolore cordis. Vñ poteſt dici
de huis iſtis q̃ regina ſaba dixit de ſer
uis ſalomonis. Regum. ij. Regina ſa
ba audiens gloriam ſalomonis et ve
niens videre et ſedens in menſa vi/
dens ſalomonem in tanta gloria om
nia ante ordinata ꝛ ſuos ita veſtitos
in aureis veſtib⁹ dixit Dñe beati ſunt
ſerui tui. ita poteſt dici de xpo. Cum
eñi audit regina ſaba. i. eccleſia de re
ge ſalomone. i. xpo ꝛ de ſeruis eius. i.
angelis et electis ꝛ ita viderit in celo
ſicut audit hic predicare. poteſt bene
dicere ãmirando gloriam Beati ſunt
ſerui tui domie. ergo quo ad thema.
Seruus ille rogabat dñm. ita nos ro
gemus dñm vt nos paſcat ꝛ liberet
vt nobis dona tribuat et ad gloiam
perducat.

## Dominica viceſimatercia Sermo. Lxxiiij.

Celius eſt ymago et ſuper/
ſcriptio Math. xxij. Nota
q̃ ꝓpter peccatum pmorũ
parentum ſcilicet ade et eue magnus
defectus humano generi eſt relictus
ita q̃ mali ſemper inuident bonis vt
patet de lucifero qui ꝓpter inuidiam
in paradiſo decepit gen⁹ humanum
ea de cauſa q̃ homo creatus fuit vt
impleret et poſſideret locum ſuum in
celo. Itẽ ptꝫ de cayn et abel. q̃a abel
optimam ouem obtulit deo: cayn ve
ro viliſſimam dominus reſpexit ad
munera abel et non ad cayn. et ideo
inuidit fratri ſuo occidens eum. Itẽ
patet de ioſeph qui fuit iuſtus et accu
ſauit fratres de crimine peſſimo. ideo
adorant eum nec poterant ei quẽq̃ꝫ
pacifice loqui. Item patet de ſaul et
dauid, eo q̃ Dauid occidit goliam

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gigantem fortiſſimum. et liberauit po
pulum dei. Ideo populus laudabit
eum pluſ q̄ ſaul cantātes. ſaul ꝑcuſſit
mille. et dauid decem milia propter
quod odiuit eum ſaul volens eum oc
cidere: ſed tm̄ bonis eſt magnū meri/
tum qn̄ ſuſtinent pacienter malorum
pſecutiones. quod patet in predictis
Nam parentes noſtri decepti a dya/
bolo redempti ſunt a chriſto filio dei
et in locum lucifero paratum colloca
ti. cayn condemnat⁹ et abel in mūdo
ſanctus et in celo honoratus. ioſeph
venditus et in regno egiptiorum ſup
omnes eleuatus. dauid pacienter ſu/
ſtinuit Ideo ſaul de regno poſitus et
dauid regnum obtinuit Voluit ergo
chriſtus luciferum noue legis relin/
quere exemplum: vt malorū pſecuti/
ones pacienter ſuſtineamus vt patet
in euangelio. quia iudei multociens
inierunt conſiliū vt caperent eum in
ſermone ſed non poterant. ideo mō
acceperūt ad eos ſeruos herodis qui
fuerūt pagani qui non contemptabā
tur iudeis. ſed tamen tranſgreſſi ſunt
legem vt caperent eum in ſermone.
ſicut aqua vadens in motu ſuo. qn̄ ni
mia eſt excedit meatum. et ſi in vna p
te obſtruitur querit aliam partem ita
malitia iudeoꝝ. quomodo hoc factū
ſit patet in euangelio quo ſequitur. ¶
Abeuntes phariſei inierunt conſiliū
vt caperent ieſum in ſermone. et mit
tunt ei diſcipulos ſuos cum gerodia/
nis dicentes. Magiſter ſcimus qꝛ ve
rax es et mandata dei in veritate do/
ces et nō eſt tibi cura de aliquo. Non
enim reſpicis pſonam hominum. dic
ergo nobis quid tibi videt̄. licet cen/
ſum dare ceſari an nō: Cognita ieſus
nequicia eoꝝ. ait. Oſtendite mihi nū
miſma cenſus. At illi obtulerūt ei de
narium habentē imaginem impato/
ris. et ait illis ieſus. Cui⁹ eſt hec ima/
go et ſupſcriptio. dicūt ei ceſaris. tūc
ait illis. Reddite ergo que ſunt ceſa/
ris ceſari. et que ſunt dei deo. et ſic nō
poterant eū capere. qꝛ iſti herodiani
fuerūt ſerui herodis regis qui fuit ex
pte impatoris ibidem. ſic ſubtiliter re
ſpondit. nec phibuit nec admiſit. q̄ſi
diceret. Si tenemini de iure aliquod
tributum ceſari. ex quo eſt in ſuo do/
minio det̄ ei. Et qd̄ de iure tenemini
deo de obſeruantia mandatoꝝ ſuoꝝ
reddite et ſic patet euangeliū: Ergo
quo ad thema. Cuius eſt imago et ſu
pſcriptio hec. Et hoc nota ꝙ quadru
plex ſcriptura ſcripta eſt ſup imagīes
Prima ſcriptura ſcripta eſt ſup ima/
ginem redemptoris. Scd̄a ſcriptura
ſcripta eſt ſup imaginem peccatoris.
Tercia ſcriptura ſcripta eſt ſup ima/
ginem vani hominis. Quarta ſcriptu/
ra ſcripta eſt ſup imaginem leticie et
eternalis atq̄ſ ſempiterni decoris.
Prima ſcriptura ſcripta eſt ſup ima/
ginē noſtri redemptoris. Vn̄ legitur
in euāgelio. Scripſit ſup eū pilatus.
Ieſus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. q̄ſi dice/
ret. iudei nullā cauſam habuerūt ſup
eum ego erā iudex ipi⁹ niſi qꝛ dixiſſe
ipm̄ aſſerunt ſe regem iudeoꝝ eſſe. et
hec ſupſcriptio eſt nobis ad honorē.
iudeis vō in cōfuſiōem veniant ergo
layci et legāt hanc ſcriptiōem et ꝯpa
ciant̄ ei q̄ ꝓ eis ſuſtinuit et qꝛ imago
xp̄i laycis pendit̄ur ad eccleſiam et
iuxta vias vt tanq̄ in libro legāt ⁊ di
ſcant pacienciā caſtitatē ⁊ humilitatē
manſuetudinē pietatē et miſericordiā

Clerici aũt literati legant hanc ſcrip/
turam omni die in libris. de hac ſcri/
ptura dr in libro Ezech. ij. ca: expan/
dit ſcripturam corã me et hec ſcriptu
ra erat lamentatiões carmen et ve. ꝛ
eſt ſenſus. tria ſunt in hac ſcriptura in
telligenda. Primũ eſt quare ibi ſcri/
ptum fuit lamentatões. Certe hoc eſt
ea de cauſa qꝛ nos peccauimus et ille
nihil malefecit nec inuentus eſt dol⁹
in ore eius. et tñ ꝓpter nos ptulit pe/
nas. ideo merito lamẽtari debem⁹
Unde Amos. ij. Dies feſti veſtri con
uertent̃ in lamentũ. Scd'm ve eſt ve
marie virginis matris xpi que vidit
filiũ eius dilectũ tam miſerabiliter tra
ctari de loco in locũ et ad crucis ſup/
plicium. Terciũ eſt vox filie ſyon que
inter moriẽtes expandit manus ſuas
Filia ſyon eſt maria que expandit ma
nus inter morientes ſcꝫ inter filium
et latrones. Tercium carmen eſt leti/
cia qꝛ genus humanũ p redemptõeꝫ
xp̃i eſt letificatũ et in celum exaltatũ.
vbi gaudet laudando eũ. ergo ſcrip/
tum fuit carmen leticie Joha. in apo.
Uidi turbam magnã ante thronum
laudantes dñm in gloria et dicentes
Redemiſti nos ſanguine tuo et feciſti
nos deo noſtro regnum. i. reges et ſa
cerdotes. tibi laus tibi gloria et grãꝝ
actio p infinita ſecula ſeculoꝝ amen.
Ideo tu homo dum videris imaginẽ
xp̃i in eccĩa poteris dicere. Cuius eſt
hec imago et ſupſcriptio. Alius põt
dicere noſtri redemptoris ꝛ noſtre le
ticie et honoris. Secũda eſt imago
peccatoris et eius ſupſcriptio eſt ma/
gni horroris De hac imagine dr ĩ pſ̃
In imagine ptranſit homo ſed et fru
ſtra conturbat̃. Theſaurizat pecator
et ignorat cui congregabit ea. Eſt em̃
peccator quaſi mortis imago ſcdm ber.
ſupſcriptio huius imaginis peccato/
ris eſt vt ſuũ peccatũ qd' ſcribit̃ ſtilo
ferreo. vt poſſit legere in die iudicij in
fronte ſibi in confuſiõem et hoc ꝓbat
Piere. xvij. ca. Peccatũ vidi ſcriptũ
ſtilo ferreo ſup peccatorem et dyabo
lus ſtet a dextris eius dicit pſ̃. Cũ iu
dicat̃ exeat condemnatus: Septem
ſcribent̃ ſup conſcientiã peccatoris.
Primũ eſt peccatoꝝ multitudo quã
nõ deleuit p pniam. vñ Job. Exaren
tur. i. ſcribant̃ peccata peccatoris ſu
per conſciam eius ſtilo ferreo Et hoc
ꝯſiderãs dauid poſtq̃ꝫ peccauit dixit
Miſerere mei deus ſcd'm magnã mi/
ſericordiã tuã. ſcd'm qd' ſup conſciam
peccatoris ſcribit̃ eſt tempus qd' ami
ſit ꝛ nihil boni fecit ſed inutiliter expẽ
dit vñ Johannes in Apoca. dedi eis
tempus et ipi abuſi ſunt ideo tempus
poſt mortem amplius nõ erit. Terci/
um qd' ſcribit̃ ſup imaginem peccato
ris eſt pulcritudo anime eius quã ha
buit quã polluit et denigrauit Unde
Treno. Denigrata eſt facies eoꝝ ſup
carbones. Quartũ eſt gratia dei quã
neglexit. nam in grã ſumus ſed negli/
gimus miſerabiliter qꝛ vnus vadit
ad villam ꝓ auaricia. alius ducit vxo
rem ꝓ luxuria. tercius emit boues p
ſupbiam igit̃ neglexerũt. ergo talis
negligentia ſcribitur ſup conſcientiã
peccatoris Quintum quod ſcribitur
peccatori eſt ira dei. Unde in pſalmo
ꝓuocauer̃t eũ filie ꝛ filij. id' irat⁹ dñs
tradidit eos tortorib⁹. i. dyabol̃. Se
xtum eſt pena ad quã obligant̃. nam
ſicut ſcriptura dicit. Pene damnan/
doꝝ ĩ ciuitatib⁹ ĩ legib⁹ ꝛ ĩ iure q̃dq̃

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

debent pati pro ſuis delictis ſcribiť.
fur ſuſpendiť. raptor decollať tradi
tor rotať ꝛc. ita pena eterne dānatio
nis nō eſt equalis. alij ſuſtinent fetorē
alij ardorem. vt pꝫ in pš. Ad facien/
dam vindictā cōſcriptā ꝛc. Septimū
qđ ſcribiť peccatori eſt expulſio regni
celeſtis Sicut eñ qui expellunť pro
pter peccata ſua de ciuitatibꝰ ſcribun
tur in libris ciuitatis: ſic expulſi a cele
ſti pria ſcribunť in libro eterne dāna/
tiōis. De quo in Apoč: Uidi libros
et ex eis mortui iudicati ſunt. Qñ er
go homo videt peccatorem indura/
tum pōt dicere ad alium. Cuiꝰ ē ima
go hec et ſupſcriptio alius pōt rñde/
re. Hec eſt imago pctōris Tercia ima
go eſt vani honoris: de hac imagine
et ſupſcriptiōe dicit fulgentius ꝙ ro/
mani faciebāt imaginē vani honoris
ad modū mulieris vage ſcribētes ſu/
per eam aureis literis Hec eſt imago
vani honoris hanc inſpice et ſemꝑ eā
fuge Hec imago habuit coronā in ca
pite ⁊ ceptrū in manu ſiniſtra ⁊ pauo
nem in manu dextra et oculis ceca et
velata et ſedebat ſuꝑ currum quem
trahebāt quattuor leones et hec erat
ratio eoꝝ Uanus honor mūdi huius
qui illum diligit eſt incōſtans q̄ſi va/
ga mulier hñs coronam in capite qꝛ
a mūdo tanꝗ̄ rex ſemꝑ deſiderat ho
norari. ceptrū in manu in ſignum ꝙ
ſemꝑ deſiderat imperare. ceca oculis
et velata in facie qꝛ malicia excecauit
eā ꝙ nullū curat pctm̄ vt dicit Sap.
Excecauit eos malicia eoꝝ. habuit pa
uonem in vna manu qꝛ ſicut pauo cū
ſua cauda ornat ſua poſteriora et an/
teriora ſed qñ ornat anteriora denu/
dat poſteriora ita talis ornat ſe mūdo
et priuat ſe eterna gloria. quattuor le
ones ante eā qꝛ quattuor peccata ve
niūt cum honore vano huiꝰ mūdi vi
delicet ſupbia auaricia luxuria et inui
dia. et ſic patet tercia imago ſcꝫ vani
honoris ſuſceptio. Poſſet ergo ho/
mo cum talē hoīem vagum querentē
honorē viderit interrogare Cuiꝰ hec
eſt imago et ſupſcriptio rñdeť Uani
honoris. Quarta imago et ſupſcrip/
tio ē iuſticie bonitatis ⁊ eternalis de/
coris. de iſta imagine iuſti boni hoīes
ſunt creati ad decorem regni dꝛ Gñ.
i. Creauit deus hoīem ꝛc. Qñ igiť pꝰ
baptiſmū vbi imago hec depingitur
auro caritatis et ornat ſe veſte caſtita
tis et mūdicie ſeruať munda ſicut ibi
cōmittitur a pſ̄bitero qñ induit pue/
ro hanc veſtem qñ dicit Accipie hāc
veſtem ꝛc tūc bene pōt eſſe ſpeculum
ſine macula candor lucis eterne ima/
go bonitatis ſed ſuꝑ imaginem iuſti
hominis ſcribiť ſupſcriptio leticie qñ
dicebat dñs diſcipulis. Gaudete no/
mina veſtra ſcripta ſunt in libro vite
in hoc libro nomina oīm electorū in/
ſcribunť ſicut rex facit inſcribi omnes
milites et ſtipendarios et familiā. ita
facit dñs vt dꝛ in Apo. Qui facit vo
luntatē pr̄is mei et vicerit mundum.
Itcm ſcribe Beati mortui ꝛc. Itē ſcri
be. Beati qui ad cenam agni vocati
ſunt. Cum igiť homo viderit iuſtum
hoīem pōt dicere Cuiꝰ eſt imago hec
et ſupſcriptio pōt dicere alius. Hec ē
imago creata a domino. ideo gaudia
eterna manent ſcripta ſuꝑ eam:

Dominica.xxiiii
Sermo.lxv.

Non mortua eſt puella ſed
dormit. Math.ix. Nos vi/
demus ꝙ vnaqueqȝ res appetit ſuum
terminū niſi impediatur ſicut lapis ca
dens de alto non quieſcit niſi tangat
fundū vbi quieſcere pōt qꝛ dicit Ari/
ſtotiles Omne leue ſurſum et omne
graue deorſum. Item hoc videmꝰ in
aqua que non quieſcit ſed fluit donec
veniat ad mare qđ eſt terminus eius
niſi impediat᷑ Ideo dicit Eccleſi.viij.
Omnia flumina intrant mare et tam̄
nō redundat et qꝛ locus hominis nō
eſt in hoc mundo perpetuus eo ꝙ hō
ad celum eſt ꝓcreatus.ideo nō debet
quieſcere donec veniat ad ſuum ter/
minum. vnde Augꝰ.i.de ciuitate dei.
Dn̄e creaſti nos ad te.et ideo inquie/
tum eſt coꝛ noſtrū donec veniamus
ad te.et illud conſiderauit dn̄s in hac
puella que erat iam morte ſine fine p̄
uenta voluit eā reſuſcitare vt ad finē
per bonam fidem poſſit anhelare ⁊ ſe
preparare ad bonam vitam ideo ver
bum p̄allegatū dixit cū pr̄ dixit. Do
mine filia mea modo defuncta eſt.re/
ſpondit. Non eſt mortua morte eter/
na ſed dormit morte naturali ideo vo
lo eā reſuſcitare vt illa que anima eiꝰ
vidit valeat alijs nunciare videntes
hoc ſignū magnificabant dn̄m Quō
autem hoc factum ſit patet in euange
lio. Loquente ieſu ad turbas ecce
princeps vnus acceſſit ad eum ⁊ ado
rauit eum dicēs. Dn̄e filia mea defun
cta eſt ſed veni cura eam et pone ma/
num tuā ſup eam et viuet.et ſurgens
ieſus ſequebat᷑ eum et diſcipuli eius.
et ecce mulier que ſanguinis fluxum
paciebat᷑ duodecim annis acceſſit re
tro et tetigit fimbriam veſtimēti eius
dicebat enim intra ſe Si tantū tetige
ro veſtimentū eius ſalua ero.at ieſus
conuerſus et videns eam dixit. Con
fide filia fides tua te ſaluam fecit. ⁊ ſal
ua facta eſt mulier ex illa hora.et cum
veniſſet ad domū principis illius et
vidiſſet tubicines et turbam tumultu
antem quaſi amici principis conflu/
xit et homines multi occurrebant dū
debebat ieſus intrare domū vbi moꝛ
tua erat puella.dixit autem dominus
ad turbam. Recedite non eſt mortua
puella ſed dormit.et deridebant eum
quia videbant eam mortuam ſed di/
xit.dormit morte naturali.et cum tur
ba eſſet electa intrauit domū ⁊ tenuit
manum puelle.et puella ſtatim ſurre/
xit.et exijt fama hec in vniuerſam ter
ram.et ſic patet euangeliū. Ergo quo
ad thema Non eſt mortua puella ſed
dormit. Nota ꝙ ſacra ſcriptura loq̄/
tur de quadruplici puella. Prima eſt
puella mortua.ſc̄da eſt pulcra puella
tercia eſt puella deo deſponſata quar
ta eſt puella coronata. Prima eſt pu
ella mortua ⁊ ꝑ eam deſignat᷑ aīa pec
catrix q̄ vere eſt mortua et tn̄ in pctis
mortalibꝰ ꝯſiſtit ꝓpter ſepatiōeȝ a dō
Eſt eīn miſerabilioꝛ ſepatio a deo per
pctm̄ mortale q̄ȝ ſeparatio corpis ab
aīa ꝑ mortem naturalē vn̄ Augꝰ.ſtul
ti ſunt qui plagūt corpꝰ a quo recedit
aīa et non plangūt aīaȝ aqua recedit
deus. In reſuſcitatione puelle huius
deus ſeptem fecit.et ſeptem hodie fi/
unt in reſuſcitatiōe anime peccatoris
de morte ſpirituali id eſt de mortali
peccato Primo tubicines expellebat.

ſci opoꝛtet nos de domo conſcientie expellere omnes voluntates vanas h ꝰ mundi vt anima reſuſcitet᷑. tunc incipit puella vl̓ anima ſe mouere ad omnia ſpū̃alia. vnde Aug⁹. Guſtato ſpū̃ deſipit omnis caro. et in ps̄. Gu⸗ ſtate et videte quoniā̃ ſuauis eſt dn̄s. Secū̃do debet turbam tumultuantē̃ expellere. i. omnes occupatiōes que animā̃ in ſeruitio dei poſſunt impedi re: et tū̃c anima dicere pōt illud Ps̄. Mihi adherere deo bonū̃ eſt. Tercio debet admittere ad domū̃ conſciē̃tie patrem. et ille intromittit᷑ qn̄ homo cogitat qualiter ſit in peccatis conce⸗ ptus et educat⁹ et natus Quarto de bet admittere matrem. i. cogitatiōem mortis ſcꝫ ꝙ homo in terram reuerte tur que eſt mater omniū̃: de his duo bus patre ꝛ matre dicit Job. Putre dini dixi. Pater me⁹ es mater mea ꝛ ſoroꝛ mea vermibus. et qn̄ ſic iſte due cogitatiōes veniū̃t in domū̃ conſcie. tū̃c homo caueat ſe de peccato et aīa quaſi puella d̓ moꝛte reſuſcitabit᷑ hoc pocius admittit᷑ qn̄ anima habet cō⸗ tritiōem de peccato cō̃miſſo. vnde dr̄ de petro qn̄ peccauit xp̄m negando. petrus aūt egreſſus fleuit amare Se xto iacobus intromittit᷑ in domum conſcientie qn̄ homo peccata ſu pplā̃⸗ tat et viriliter reſiſtit. vn̄ in ps̄. Virili ter agite et confoꝛtet᷑ coꝛ veſtrū̃. Se ptimo iohannes in domū̃ conſcientie ſumitur cum gratia diuina. qꝛ iohēs gratia dei dicitur. et tunc talis anima per gratiam diuinā̃ viſitatur. de quo Johan. in Canoni. Tranſlati ſumus de moꝛte ad vitam per graciam et ſic patet pꝛimū̃ ꝙ puella moꝛtua reſuſci tatur quando tubicines et turba tu⸗ multuans et pater et mater petrus ꝛ iohannes intromittitur: et tenet dn̄s manum anime peccatoꝛis et reſurgit a moꝛtuis. Secunda puella eſt deco⸗ rata et per hanc notat animā̃ virtuti bus oꝛnatā̃. De qua dicitur in Canti. ꝗ̃ pulcra es et decoꝛa cariſſima. d̓ iſta decoꝛa puella legitur figurā̃. in Gen̄. xxiiij. Cum ſeru⁹ abꝛaam veniſſet ad fontem ꝛ inuenit iuxta fontem puellā̃ nimis pulcram que impleuit ydꝛiam dicens. Bibe domine et camelis tuis potum tribuam. et ſeruiuit pꝛo illa ſe ptem annis. Ita moꝛaliter puella ha buit quattuoꝛ virtutes: Pꝛimo erat pulcra ideo placuit abꝛahe ita anima noſtra puella ad imaginem d̓i creata debet habere quattuoꝛ virtutes Pꝛi ma erat pulcra. ita anima noſtra vir tute caritatis oꝛnata quia ſicut pulcri tudo exterioꝛ oꝛnat coꝛp⁹. ſic caritas oꝛnat animam vt placeat deo. vnde in Canti. Tota pulcra es amica mea. Secundo hec puella fuit caſta; ita de bet eſſe anima noſtra. Unde Sapie. O ꝗ̃ pulcra eſt caſta generatio ꝛc. Tercio hec puella fuit humilis. quia deſcendit ad fontem haurire aquam ita anima noſtra debet eſſe humilis vt a deo accipiat graciam Un̄ Jaco. Deus dat humilibus graciam ſuper bis reſiſtit. Quarto hec puella fuit pia. vnde ait. Bibe domine et came⸗ lis tuis potum tribuam. ita anima no ſtra debet eſſe pia et miſericoꝛs peten tibus et egenis, vt dominus ait Luce Eſtote miſericoꝛdes ſic᷑ pater veſter celeſtis miſericoꝛs eſt. et ſic patet ſecū̃ da puella que debet eſſe decoꝛata. Tunc dicit dominus. Non eſt moꝛ⸗ tua ſed doꝛmit mundum ſpernendo

diuina contẽplando vñ ait talis puel
la. Ego dormio et cor meum vigilat.
Tercia puella que eſt deo deſponſata
eſt aĩa in fide integra deo iam cõiũcta
vt nihil ei placeat niſi deo adherere.
de iſta puella dr̃ Ozee. Sponſabo te
mihi in fide. Sicut em̃ puella cũ anu
lo ſponſatur iuueni. ita anima in fide
cum xp̃o Sicut em̃ anulus eſt rotun
dus. ita fides ip̃a debet eſſe ſine fine
cum operibus comprobata. qꝛ dicit
Jacobꝰ: Fides ſine operibꝰ mortua
eſt. et ſicut portatur in ſiniſtra manu
in digito iuxta minimũ digitũ. quia
ibi eſt vena que tangit cor. ita debet
procedere fides de bono corde vt ta
lis puella deo deſponſata toto corde
fidem ſeruet. vñ canit clauſtralis de/
ſponſata dño toto corde. Ipſi ſum de
ſponſata cui angeli ſeruiunt. cuiꝰ pul
critudinem ſol et luna mirantur Hec
autem puella deo ſic deſponſata non
erit ſola. ſed debet hr̃e quattuor v̓tu/
tes quaſi quattuor pediſſequas qua/
rũ. Pria debet eſſe pudicicia Hiero.
Pudicitia debet eſſe virtus virginẽ
dei vbiqꝫ ſequẽs. Secũda debet eſſe
carnis dormitatio. Ambro. Ubus p
timorem potus abſtinentie carnẽ tuã
domitat. Tercia debet eſſe cõſtantia
nam puella dyna pulcra patriarche
filia voluit hincinde currere ⁊ videre
vana. ideo fuit rapta et perdidit vir/
ginitatẽ. Quarta debet eſſe pruden/
cia vt om̃es ſuos ſenſus cuſtodiat vt
patet in euãgelio Mat. Quinqꝫ pru
dentes virgines vigilabant. ideo cũ
xp̃o regnum intrabãt. ſed quinqꝫ dor
miebant. et ideo nõ intrabãt ſed dñs
dixit eis. Amen amen dico vobis ne
ſcio vos. ⁊ ſic patet tercium ꝙ puella
non eſt mortua. ſed deſponſata deo.
Quarta puella coronata hec eſt aĩa
que in eterna gloria in regno eterno
coronata et in futuro iudicio eſt coro
nanda Uñ ait talis aĩa Iſa. xxx. quaſi
ſpõſam coronauit me corona. iſta pu/
ella figurat̄ p puellam de qua legitur
Heſter. vbi legit̄ ꝙ aſſuerus habuit
vxorem noĩe vaſchi que fuit ſuperba
et noluit obedire mandatis regis. iõ
priuauit eam corona regali et fecit in
uitare omnes pulcras puellas in om̃i
regno et ex eis vnam elegit et impo/
ſuit ei coronam dicens. Hec erit regi
na Ita moraliter rex celi habuit pul/
cram puellam in celo ſed ſuperbã qñ
luciferum ad imaginem ſuã creauit. ſꝫ
noluit obedire mandatis dei ideo pri
uauit eum corona glorie. vel aliter.
rex celi in paradiſo habuit pulcrã pu/
ellam qñ animã ad ſuam imaginẽ cre
auit coronatam corona glorie. vt di.
Pſ. Gloria et honore coronaſti eum
ſed noluit obedire mandatis dei ſed
eſt tranſgreſſa mandata regis quãdo
pomũ prohibitũ comedit: ideo priua
uit eum corona glorie. Treñ. Cecidit
corona capitis noſtri. ve nobis quia
peccauimus. elegit aliam animã hũi/
lem in hoc mundo que obedit mãda
tis dei et illi imponet coronam in die
iudicij coram omni mũdo dicẽs. hec
erit regina qꝛ eſt puella humilis que
oculis meis placuit. ⁊ ideo concludit
dominꝰ noſter in euãgelio. Luc. Qui
ſe humiliat exaltabitur quaſi puella
heſter in eterna gloria. et ſic patet ꝙ
quarta puella eſt in celo iam corona/
ta et coronanda:

De aduentu iudicij
Sermo.lxvi.

Tunc fugiāt ad montes ſcʒ eternitatis Mat.xxiiij. Uidemꝰ ꝙ ſm rōem hois naturalis oīa dēt hō facere cū prudētia et diſcretione tam de pteritis ꝗʒ de pn̄tibꝰ ⁊ d̉ futuris vt hō ꝓuideat q̄d faciendū ſit ⁊ q̄d dimittendū ſeu fugiendū vt ſi bōa et vtilia ſint ſm rōem faciat ⁊ pficiat. ſi v̉o mala, tūc fugiat, et caueat Cū em̄ parua aīalia fugiant nociua vt pʒ de apibꝰ que intrāt flores ſi ſentiūt amaros et nociuos ſtatim euolāt ⁊ fugiūt e: in floribꝰ ſibi aptis ⁊ dulcibus diu manēt et inde dulcedinē alliciūt. Et ideo moyſes miſit duodecim exploratores ad terrā ꝓmiſſiōis vt futura pericula ꝓuiderēt vt q̄d facere et vitare eis opteret et q2 xp̄c pdixit ſuis diſcipulis de aduētu iudicij multa futura vt ea pdicarēt et mala ꝑcurrentia denūciarent. et tūc in illis diebꝰ ꝑiculoſis nullꝰ pt vti alteriꝰ auxilio vel ↄſilio. q2 optet ꝙ vnuſquiſqʒ rn̄deat pro ſeipo. et iō ſaluator pmonet nos futura ꝑicula pdicādo vt pʒ in euāgelio Cum videritis abbominatiōeʒ deſolatiōis antixp̄m i loco ſancto irl̄m ſtātem dicit ſe eſſe xp̄m. De quo ꝓphetauit Daniel añ multa tpa. q̄ legit iſta ⁊ intelligat de antixp̄o et pſecutiōe magna. tūc qui in v̉a cōfeſſiōe et vere fidei firmitate ſunt fugiunt ad montes eterna cōtemplādo ⁊ que in celo ſunt ſolitarie vite nō deſcēdāt aliq̄d tollere q̄d ꝓpter deū dimiſerūt. et q̄ i agro celeſtis vite nō reuertat̉ tollere tunicam veterū ſuoꝝ peccatoꝝ. de quibꝰ fecit pniam. Ue aūt pregnantibus et nutrientibus. id eſt ve illis qui modice fidei ſunt quia eo cicius preſententur in illis diebus. Orate autem nūc ne fuga veſtra fiat in hieme vel ſabbato. id eſt tempe mortis in vltimo die ſed vt tūc ſecuri poſſitis ſtare Erit em̄ tunc tribulatio magna qualis vnqʒ fuit ab initio mundi vſqʒ modo neqʒ fiet poſtea. ⁊ niſi breuiati fuiſſent dies illi quia non durabūt niſi tres annos quia antixp̄c tot annis regnabit quot chriſtꝰ predicauit et hoc eſt in quartum annū. Si autem diu duraret talis perſecutio non fieret ſalus omnis homo. ſed propter electos breuiabūtur dies illi vt maneant in fide. tunc ſi quis vobis dixerit. Uenite oſtendā vobis chriſtum hic eſt aut illic nolite credere. Surgūt enim multi prophete falſi et dabunt ſigna et prodigia ita ꝙ in errorem multi cadant ſi poteſt fieri ſed non fiet ꝙ electi cadent a fide. ecce dixi vobis. Si ergo dixerint in deſerto eſt nolite credere et exire. aut in penetralibus regum eſt nolite credere. Sicut enim fulgur exijt ab oriēte ⁊ apparebit in occidente. ita erit aduentus filij hominis ad iudicium et omnes electi cum eo. nam vbi corpꝰ ibi et aquile congregabunt̉. Statim autem poſt tribulatiōem dierum illorum ſol obſcurabitur et luna non dabit lumen ſuum et ſtelle cadent de celo et virtutes celorum mouebuntur. Tunc apparebunt ſigna filij hominis in celo ſue paſſionis qua oſtendit cicatrices vulnerum ſuorum in iudicio tunc plagent ſe omnes tribus terre quia vident ſignum filij hominis venientis in nubibus celi cum virtute et maieſtate magna et tunc mittet

angelos ſuos cū tuba ⁊ voce clamantes et clangētes. Surgite mortui venite ad iudicium. et congregabūt electos a quattuor ventis a ſummis celorum vſqꝫ ad terminos eorꝫ. Ab arbore fici diſcite parabolam. Cum eīn ramus eius tener fuerit et ſolia nata ſcitis qm̄ prope eſt eſtas. ita ⁊ vos cū videritis hec p̄dicta fieri ſcitote qm̄ prope eſt regnum dei Amen dico vobis nō p̄teriet hec generatio de terra generis humani vnus naſcit̄ aliꝰ moritur donec p̄dicta omnia fiant Celū et terra tranſibūt verba aūt mea non id eſt pocius perirent celum et terra qꝫ verba dei nō eſſent vera et ſic patꝫ euangeliū. et iſtud euangeliū ſolet legi feria quarta poſt dn̄icam decimam poſt octauas penthecoſtes. cuiꝰ officium vocat̄. Dum clamarem. quo ad thema. Tunc fugient ad montes. Ex his verbis ſciendū ꝙ vnuſquiſqꝫ fidelis debet quattuor fugere. primo peccati incoxicatiōem. ſcdo deceptiōem. et ſeductiōem mundi. tercio antixp̄i ſeductiōem: quarto ꝯfuſionem damnandorꝫ. Primo dico ꝙ vnuſquiſqꝫ debet fugere peccati incoxicatiōem. vnde p̄monet nos Eccle. et Job. q̄ſi a facie colubri fuge peccatū. Nam hō propter peccata multa mala incurrit Primo a dyabolo captiuat̄ in anima vn̄ yſa. conquerendo de peccatis aīe dicit Captiua filia ſyon ſolue vinculū colli tui. et ſic anima taliter capta dicit cū pſ. Funes peccatorꝫ circū. ſunt me. Qui igit̄ vult abſolui redimat ſe ꝑ bona opa ſcꝫ miſericordie. vn̄ dixit daniel nabuchodonoſor regi Peccata tua elemoſinis redime. et ꝑ opera pn̄ie frangunt̄ oīa vincula vt patꝫ de manaſſe rege iiij. Regū. ꝙ fuit captꝰ et in babilonem ductus: et egit pn̄iaꝫ et deus miſit ſibi angelum et liberauit eum et conſtituit eum in regnū ſuum Secūdo ꝑ peccatū homo donis virtutum ſpoliat̄. vt patet Lu. Deſcendit homo ab hieruſalem in hiericho. et incidit in latrones qui ip̄m ſpoliauerūt et vulnerauerūt. homo deſcendit ab hieruſalem in hiericho et incidit in latrones qn̄ deſcendit de ſtatu iuſticie in ſtatum peccati et immundicie. et tūc cadit in latrones. i. dyabolorum poteſtates qui ip̄m ſpoliant virtutibus et vulnerant in aīa yſa. viij. Vulnerati eramus ꝓpter peccata noſtra Item math. Illa die ceciderunt multi vulnerati. Tercio homo ꝓpter peccatū maculat̄ in anima. nam peccatū eſt ſicut fumus nam fumus albā domū deturpat. ita et peccatū ꝯſciaꝫ mundā. Unde propheta. Quemadmodū deficit fumus ita deficiāt peccatores a facie dn̄i. Quarto homo ꝑ peccatū ad eternam penā obligatur. vn̄ ait dn̄s ad cayn qn̄ peccauit mortaliter. Nonne ſi bene egeris recipies: ſi aūt male peccatū tuū in foribus adeſt et penam pro eo recipies. maledictus ſis ſuꝑ terram et maledicta ſit in ope tuo que ſuſcepit ſanguinē fris tui. Ergo q̄ſi a facie colubri fuge peccatum vt tūc in die mortis ⁊ in die iudicij poſſis fugere ad montes eternitatis auxilium a deo poſtulans. Vn̄ Pſ. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxilium mihi. Saluator. O peccator cōſidera in quāto ꝑiculo tu es ambulās in tenebris qꝛ lumine gratie priuatus es. Sap. Errauimus a via veritatis et lumen iuſti/

cie ñ luxit nobis. Prouer. Ambulãs
in lubrico ſchleim des dreckts. inquã
tum ſequeris voluptates carnis que
faciũt te pronum ad peccandum. O
peccator age penitentiã ſi habitas in
tenebris inuoca eum qui eſt lux et illu
minet te et dic verbũ Dauid. Illumi
na oculos meos ne vnq̃ƺ obdormiã
in morte ne rc̃. Si times labi in via lu
brica inuoca eum qui eſt via firma vt
te ſtabilitet et dic cũ Dauid. Perfice
greſſus meos in ſemitis tuis. Si me/
tuis inſultus hoſtium inuoca illũ qui
eſt omnipotẽs ⁊ dic cũ Dauid. Eripe
me de inimicis meis deus meꝰ. ⁊ eua
des oĩa ꝑicula. Scd̃o debemus fuge
re antixp̃m in p̃dicatõe. Nam ſua pre
dicatiõe ꝑuertet q̃ſi totum mundum
ideo daniel xp̃c ieſus apli ⁊ alij ſancti
multa de eius aduentu p̃dixerũt Nã
ſcd̃m Grego. in quadã omel. Minus
iacula feriunt que preuident et nos
tolerabilius mundi mala ſuſcipimus
ſi ꝯtra hec ꝑ prouidentie clipeũ muni
amur. Ipe eñ d̃r antixp̃c quaſi aduer
ſarius xp̃o qui in om̃ibus eſt ꝯtrariꝰ
xp̃o. Sicut eñ xp̃c eſt conceptus de
virgine puriſſima. ita ip̃e cõcipietur
de meretrice immundiſſima: ⁊ ſic xp̃c
eſt cõceptus de ſpũſancto ſic antixp̃c
de ſpũ maligno. et ſicut xp̃c deꝰ et hõ
ita antixp̃c dyabolus et homo. et ſic
xp̃c natus eſt in nazareth ciuitate flo
rida. ita ip̃e in babilonia maledicta. ⁊
cũ habuerit triginta annos incipiet p̃
dicare miracula facere munera dare.
et penas diuerſas propalare In his
quattuor ſubijciet ſibi mũdum. ideo
fugite. Primo ꝑ p̃dicatiõem eius et
ſuoꝝ diſcipuloꝝ quia ſua p̃dicatio eſt
euãgelijs cõtraria qꝛ vbi xp̃c p̃dica/
uit hũilitatem. ip̃e et ſui p̃dicabunt ſu
ꝑbiam. et ſicut xp̃c caſtitatẽ. ita ip̃i lu/
xuriã. et ſicut xp̃c p̃dicauit miſericor/
diam. ita ip̃i auariciã et ſic de alijs. et
ſicut xp̃c dedit ſpũmſanctũ: ita dabit
ip̃e ſpũm malignũ. et hec oĩa patent i
libro Danielis vbi dicit. Cum circui/
erint iniqui reuelabit̃ et cõſurget ille
impudens homo et cũ venerit abho
minatio quaſi nõ homo et in loco ſcõ
ſtabit et dicet ſe eſſe deũ. Item Apl̃s
ad Thes. Cum venerit diſceſſio id eſt
inobedientia a ſede ſcƺ apoſtolica et
imperio romano. ita q̃ nullus curat
obedientiã et ſic ꝑuertit mundũ cum
ſuis p̃dicatoribꝰ et ſuoꝝ diſcipuloꝝ.
qui loquunt̃ tantã ſapiam ꝑ opatõeƺ
ſpũs maligni q̃ omnis mũdus ammi
rat̃. Scd̃o ꝑuertit mundũ a fide per
munera Nam totꝰ mundus declinat
in fine ad auariciã ita q̃ nullus curat
animã tam clerici q̃ƺ layci. ideo duces
ep̃os milites et quaſi totũ mundũ at/
trahet cũ pecunia dãs eis magna mu
nera ſicut dicit glo. ſup eplam pauli.
q̃ oĩs theſaurus occultus et foſſus in
terra a dyabolis cuſtodit̃ et tũc ſibi ⁊
ſuis p̃ſentabit̃. Si eñ iam veniret ti/
meo q̃ multi eum ſequerent̃. Tercio
ꝑuertet mundũ ꝑ grauiſſima tormen
ta. nam faciet ſibi pare oĩa genera tor
mẽtoꝝ ſcƺ craticulas ferreas gladios
acutos fuſcinas et furnos accendet ⁊
tanta pſecutio erit vt p̃mittit euãgeli
um q̃ tale tp̃s nunq̃ƺ fuit neqƺ erit. iõ
breuiabuntur dies illi ꝑpter electos.
Quarto ꝑuertet mundũ ꝑ maxima
ſigna in celo in aquis in terra et i mor
tuis ip̃e ⁊ ſui facient ſigna qꝛ demões
ſunt ſemꝑ apud eos et quicq̃d poſtu
lant facient. et ideo tangit xp̃c in hoc

euangelio ſicut audiſtis Surgent fal
ſi ꝓphete et dabũt ſigna magna ⁊ mul
ti in errorem currẽt Nam dyaboli in
trabunt et loquent᷑ mortui. piſces ve
nient de aquis et loquent᷑ verbis hu
manis. et hec oĩa fient ꝑ demones vt
homines ꝑuertant a fide. ideo fugite
ſcd̃o antixp̃i ꝑuerſionẽ et ſic patet ſe/
cundũ. Tunc fugite montes eternita
tis. Tercio debemꝰ fugere huiꝰ mũdi
deceptiões. vnde ꝓmonet nos zach.
dicens. O filia ſyon que habitas iu/
xta filiam babilon fuge. Syon dr̃ ſpe/
culum et ſignificat aiam deuotam ad
quã ait ꝓpheta. Fuge filiam babilõis
id eſt deceptiões mũdi. quia mũdus
multos decipit. ideo comparat᷑ pan/
theri. Panther eſt aĩal habens dulcẽ
anhelitũ et pulcrum colorem. et ideo
ſequunt᷑ eum aĩalia ſed interiꝰ eſt ple
nũ veneno ideo interficit ea: Ita mũ
dus eſt pulcer in aſpectu qꝛ qui ſerui/
unt mũdo ornant ſe veſtibꝰ ſuperbie
vt placeãt hoĩbꝰ. habet mũs vt pan/
ther dulcem anhelitũ qꝛ multi appe/
tũt delicias huiꝰ mũdi comedendo ⁊
bibendo laute in mollibus dormiẽdo
ſed ĩ extremis inficit ſuo veneno pec
catorem et interficit. et ſic talis q̇ mõ
glorioſus mundo apparet tp̃e mortis
mundꝰ eum abijcit et ſpernit ⁊ obliui
ſcitur q̈ perit memoria talium cũ ſo/
nitu campanaꝝ vt pꝫ in pſ̃. de mõ
Nota hyſtoriã tres ph̃i ſtabant ante
alexandrũ mundũ ſibi deſcribentes.
Primus fecit circulũ ⁊ ſcripſit ad du
os fines illius circuli o o duo o. Aliꝰ
in eodem circulo in medio ſcripſit bli.
Tercius ſcripſit uio. Conuocauit au
tem rex oẽs ſapiẽtes vt exponerẽt
ſibi hanc ſcripturã. tũc vnus eoꝝ ait.
Dñe mi rex hec figurãt mundũ iſtum
nam oẽs litere ſcripte hinc et inde
faciũt obliuiõem. prima duo ſcꝫ oo qꝛ
mundꝰ cum dolore hoĩem emittit. et
cum dolore recipit ip̃m hoĩem qñ na
ſcitur. et qñ morit᷑ ſcribũt bli. qꝛ ad ec
cleſiam ducũt ip̃m exequiando. qꝛ ſic
eccĩa accipit eum ad baptiſmũ ita ac/
cipiet eum ad exequias. b. eñ baptiſ/
mũ li. libera nos dñe ſignificat illd̃ re/
ſponſoriũ cantãdo in exequijs videli
cet. Libera me dñe de morte eterna ꝛc̃
tũc terra facit terciũ circulum et ſcri/
bit uio. qꝛ de terra naſcit᷑ ⁊ ad terram
reuertit᷑. Parentes et terra compo/
nunt oẽs ſuas lr̃as ⁊ faciũt obliuio
nem qꝛ tũc ſemꝑ obliuiſcit᷑ a deo. ĩdo
talis bene põt dicere iſtud Pſ̃. Obli
uioni datus ſum tanq̃ꝫ mortuꝰ a cord̃
dei amici et a corde huiꝰ mũdi. Ergo
fuge mũdum et ꝯuertere ad montes
eternos diuina ꝯtemplando vt in pſ̃
Leuaui oculos meos ꝛc̃. Quarto fu/
gere debemꝰ damnandoꝝ ꝯfuſionẽ ⁊
eoꝝ damnatiõem. De hoc ait Iob.
Fugite a facie gladij qꝛ vlcio iniquita
tis eſt gladius. De iſto gladio eterne
damnatiõis dr̃ i Apoc̃. Uidi thronũ
et qui ſedebat in throno. et de ore eiꝰ
exiuit gladius acutus. Iſte ſedens in
throno eſt xp̃c veniens ad iudicium
tanq̃ꝫ iudex ſtrenuiſſimꝰ. et gladius
de ore eius eſt ſnĩa damnatiõis cum
dicit Ite maledicti ꝛc̃. et iuxta ip̃m ſe/
debant duodecim apl̃i et ceteri habẽ
tes gladios in manibꝰ iuxta illud pſ̃.
Et gladij ancipites in manibus eoꝝ
ad faciendã vindictã ꝛc̃. Ergo fugite
nũc peccata et munimina antixp̃i. fu
gite huius mũdi blandimẽta decipiẽ
tia vt tunc in illo die amara poſſitis

fugere dānatoꝝ ꝑicula et cū xp̄o et
electis eternaliter exultare in gloria.
ergo ad thema: Nunc fugiūt ad mon
tes eterna ↄtemplando deū ſine fine
laudantes.

## In dedicatione.
## Sermo. lxvij.

Volens ad eccliam ire ⁊ ibi/
dem bonā miſſam audire.
ſex ↄdiciōes debet habere. Primo de/
bet ire cum reuerētia et humilitate q̄ꝛ
nō magis acceptus eſt ſupbus ſp̄ūali
ter in templo et in eccia q̄ȝ lucifer i ce/
lo. Idem dn̄s qui luciferū eiecit de ce
lo habet ſedem in templo ſancto ſuo.
vn̄ Ps. Dn̄s in ſancto templo ſuo.
dn̄s in celo ſedes eius. Scribit̄ enim
in canone extra de emunitate eccliaꝝ.
q̄ ad eccias d̄bet eſſe hūilis ingreſſus
domus templi eſt domus humilis et
ideo nō pōt ſuſtinere acceſſum et in/
greſſum ſupborū teste. Ps. qui dicit.
Nō habitabit in medio dom⁹ mee q̄
facit ſupbiam. Debet ergo homo co/
gitare in via qua vadit ad ecciam Ec
ce tu vadis ad conſpectū illi⁹ ad quē
aſcendit moyſes in alto monte ſynai
et intantū tremuit populus qui man
ſit inferius q̄ nō audebat appinquare
monti. Etiam tu qui vadis in conſpe
ctu illius in cui⁹ ↄſpectu tremuit oēs
principes et poteſtates celi. cui⁹ mi/
nimus miniſter eſt maior q̄ȝ maximus
princeps mūdi Vade ergo reuerēter
⁊ humiliter ⁊ nō aſcendas ad alciora
loca templi quia ſicut ſolus moyſes
aſcendit ad montē ſynai ſic tm̄ ſacer/
dos habet aſcendere ad altitudinem
templi ⁊ nō alius ſicut Johannes ba
ptiſta ait ſe indignū ad ſoluendū cor/
rigias calciamentoꝝ ei⁹. Juſtū eſt vt
